

...RI  
...ON  
...IC.

...



Hist. Turc. ~~186.~~ 375.











CHRONICON  
SARACENICVM  
ET  
TVRCICVM

WOLFGANGI DRECHSLERI

Georg. Fabricio & Joanne Rosino  
emendatum auctumque

Huic in

Libros quatuor & Capita  
diviso notas atque supplementa tum  
historica tum chronologica ex Ara-  
bicis, Persicis, Turcicisque  
Scriptoribus

*nec non*

Appendicem secundam

ad

A. MDC LXXIX.

*usque addidit*

M. JOHANNES REISKIUS,

LIPSIÆ,

Impensis Joh. Christian Wohlfart,  
Bibliopol.

Anno MDC LXXIX. 1679

588.

ist. exot. Hist. Turc. 186.







VIRIS  
ILLVSTRIBVS  
&  
GENEROSISSIMIS  
DOMINO  
FRIDERICO  
ab HEIMBORG

SERENISSIMORVM BRVN-  
SVICENSIVM ET LVNE-  
BVRGENSIVM DV-  
CVM

Supremo Status Confiliario  
ac Curiarum Præsidi eminen-  
tissimo

Domino in Goltfern.



DOMINO  
BVSSONI  
ab MüNCHHAVSEN

Confiliario Status  
Præfecto Wolffenbütt.  
Summo atque Consistorii Ducalis  
Directori gravissimo

Domino in Aspeler  
& Ziensfeld.



DOMINO  
FRIDERICO  
a STEINBERG

Ecclesiæ Collegiatæ Halberstadiensis Adfessori maxime reverendo Consiliario provinciali & summo Aulæ Magistro in Academia Ducali Wolffenbütt.

Domino in Bodenburg /  
Brüggen & Alchim.

*Patronis ac Mæcenatibus  
suis cultu, quo par est, perpetuo ve-  
nerandis*

Chronicon Saracenicum  
Turcicumque auctius & nostra hæc  
ad tempora continua-  
tum

*inscribit nuncupat*

M. JOHANN. REISKIUS.  
Schol. Wolff. Rect.





V I R I  
I L L V S T R E S  
E T  
G E N E R O S I S S I M I



**V**oniam universa nostra patria sese ad  
Vos tanquam status publici Statores  
primarios convertit, & vestra animi  
dotes virtutesque, quibus polletis ad-  
modum magna prosequitur veneratione: Hinc ego  
nonnulla quamvis exigua & ferme tacita hujus  
pars obsequio ac honore clientum nemini conces-  
sus, illud dudum constitui, ut documento meam  
in Vos pietatem publico profiterer vestraque in  
me toties collata beneficia, quantum licet, pro vi-  
ribus



## D E D I C A T I O.

ibus deprædicarem. Nec voluntati meæ defuit  
 eventus; sed quæ antea negabatur occasio, illa in  
 præsentî sese offert per libellum hunc ipsum histo-  
 ricum nulla quidem sui mole aut magnitudine,  
 compendio tamen & mirifica rerum inter barba-  
 ros gestarum varietate commendabilem. Heic  
 enim breviter docetur, quibus artibus, quove suc-  
 cessu impostor ille ac pseudopropheta Orientis ma-  
 ximus, Mohammedes non ad religionem solum-  
 modo novam, sed monarchiam quoque vastam ab  
 obscurissimis initiis adspiravit. Quantus heic fa-  
 torum ordo, quam mira eventuum vicissitudo,  
 quanta Ecclesiæ orientalis, & rerum Christianarum  
 omnium jactura! Nam mille amplius anni agun-  
 tur, ex quo gangræna illa Mohammedica per A-  
 siam cunctam, Africam, & partem Europæ non mi-  
 nimam serpsit, gentesque Arabum, Turcorum,  
 Persarum, Indorum, Tatarorum & Africanorum  
 numerosissimas infecit. Quanta hinc hominum  
 strages, quanta malorum lerna, quanta bellorum  
 immanitas dicam an temeritas iniqua! Nec enim  
 partes Christianorum ipsæ hac macula prorsus ca-  
 ruerunt, ob vires Europæ tot expeditionibus irritis  
 exhaustas, & robur omnis militiæ attritum, quo  
 tamen ad summam nihil aut parum profici vide-  
 bant. Tanta scilicet fatorum vis hætenus in Chri-  
 stianos incubuit, divino & justo quidem iudicio:  
 Quæ in Mohammedanos & Turcos præcipue se-  
 ptennio incumbat proximo, habemus adhuc co-  
 gnitum & perspectum: Quæ vero annis sequenti-  
 bus incubitura sit, maxime post turbas, quibus im-



## DEDICATIO.

plicantur, domesticas, & millenariam Mohammedismi periodum confectam, is unus novit, qui omnia, etiam futurorum callentissimus. Ego divinam virgulam non usurpo, nec mihi quicquam attribuo in rebus, quæ conjecturam & industriam humanam fugiunt. Alii suam Turcomanticam exercento, & nescio quibus vaticiniis, quove spiritu fatidico agitati fata Turcorum ultima decantanto. Illud Senecæ quamvis in alio quæstionum naturalium argumento, tamen in hoc etiam loco nunc perplacet: *Alia ratione factorum series explicatur, indicia venturi ubique præmittens; ex quibus nobis quedam familiaria, quedam ignota sunt.* Interim hoc voti mei caput erit, hæc summa: Deus ter optumus imperiorum & religionum arbiter Mohammedanos Turcosque manu divina comprimat, & orbi Christiano Hungaricas, quotquot olim extiterunt, provincias tandem clementissime adsignet, restituat! Idem Deus Vos status publici Statores nostræ patriæ sanos, salvos, incolumes per diu superesse jubeat, & benigniter faxit, ut ne quicquam roboris aut animo aut corpori vestro per diurnas nocturnasque operas, & perpetuam in suggerendis consiliis saluberrimis contentionem decedere, sed gloriæ plurimum vestris familiis per omnem Germaniam toga non minus quam sago tot secula efflorescentibus indies accedere queat! Valete, ac vestra singulari benevolentia, uti consuevistis, litteras humaniores, meque clientem vobis devotissimum ornate! Scrib. Wolfenbütt.  
Eid. April. A. clb lbc XXCIX.

1688

LE.



# LECTORI BENEVOLO.

S. P.

**N**E vitio id mihi vertas, quæso, Lector benivole, quod superius paullo Turcomanticam dixi h. e. divinationem, aut si mavis, artem de rebus Turcicis divinandi communissimam. Quæ multos, bonos etiam quandoque Viros quam occupaverit, & adhuc soleat occupare, scripta vetera recentiaque testatum faciunt. Quæcunque autem ejus generis in universum vaticinia extant, hæc duabus classibus concludi posse videntur: Altera classis suppositiorum erit, altera genuinorum; utraque tamen aut veterum aut recentium. Ex vaticiniis veterum adhuc Sibyllina extant, de quibus ad commentationem Is. Vosii, Viri Consultissimi, Lugd. Batav. A. 1680. editam disquisivi, quo in loco reponenda sint: Item Revelationes Methodii circumferuntur libello, quem Patrum Bibliothecæ continent, Bellarminus autem & Labbæus merito supposititium censent; quamvis Basileæ A. 1498. additionibus Aytingeri & Branti prodierit, pluraque ad Ismaelis filios, puta Saracenos, Persas, Turcosque pertinentia canat: Prophetia etiam Benochobi Episcop. Prater. ex hebræo idiomate translata apud Joh. Bapt. Nazarum in Discursu de futura & sperata contra Turcam victoria: Vaticinationes denique Cyrilli, Abbatis Joachimi, Dandali, Merlini, Brigittæ, Lothardi, Johannis Parisini e Prædica-



## PRÆFATIO

dicatorum ordine, fratris Vbertini à Catali, & plurimum, quas Wolffius\* ex parte recensuit. Sed hæc omnia in præfenti quid refert nominasse? Quid recitasse Prognosticationem barbaro (sic bene conveniebat) titulo deformem Phil. Aureoli Bombasti ab Hohenheim, vulgo Theophrasti, Cacophrasti potius & nebulonis pessimi, qualem Guido Patinus in epistola sua censet? Quid Æneæ Sylvii, Claramontani, Schiltbergeri, Anton. Torquati, aut Fratrum rosæ crucis somnia & divinationes repetere? Forfan domestica e Turcicis aut Arabicis libris desumpta præfagia valebunt, quæ Georgeviziis, Sansovinus & Philippus a SS. Trinitate alicubi dederunt. Non dicam, quid Carion, Melanchthon, Herlicius, Keplerus, Prætorius, ceterique ad rem illam consignaverint. Mirari autem maximopere subit, cur viri optimi hoc manticæ immoderatæ studio abrepti alii Romanum Imp. alii Regem Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Hungariæ & Sueciæ, alii potentissimam Venetorum Rempubl. alii Ducem Germaniæ aut Principem Transylvaniæ quendam, alii novum universalem orbis Christiani Monarcham excidio Turcico eique ultimo per fata destinent, adsignent. Agnosces ergo L. B. quanta hæc Turcomantica, & quam multiplex fiat: Quæ vero non explicabitur amplius in præfenti, sed tum fortassis, Deo auspice, quum Dissertationem politicam de Califatu Saracenicis h. e. Imperio rerum civilium sacrarumque summo, sive Pontificatu inter successores Mohammedis continuo exire patiar. Nunc paucis accipe instituti mei rationem, qua inductus, Chroni-

\* Cent. XVI.

CO



*AD LECTOREM.*

co huic Saracenico Turcicoque horas subcivivas & operas impendi. Cum enim bellum Turco-Germanicum exardesceret, Turcique nostris victoribus toties succumberent, ad historias persæpe recurrebam. Vbi præ ceteris libellus hic unicus sese probabat, quod legerem, Hottingero, Viro rerum orientalium peritissimo, Helvetiis, Belgisque ac Viris exteris in eadem causa singulariter probatum. Cum vero ubique supplementa ex Arabicis Turcicisque scriptoribus desiderarentur; hæc statui mecum adjicere, & appendicem subjungere secundam. Ita proposito meo per divinam opem exitus respondebat: Ita SERENISS. DVCVM BRVNSVICENS. LVNEBVRGENSIVM Bibliotheca hujus loci celebratissima patebat mihi, ut ex ea libros Arabicos MStos editosque, nec non Turcicos Græcosque in promptu haberem, ad novam libelli hujus elegantissimi editionem. Prima, quantum reperisse datur, fuit Wolffg. Drechsleri, Auctoris ornatisimi A. 1550. emendata curatius auctaque a Georg. Fabricio, Viro celeberrimo, & de litteris ac pube scholastica non Misniæ solum, sed totius Germaniæ optime promerito: Secunda prodiit inter Tomos Chronicorum Turcicorum a Conr. Clausero editos Basileæ A. 1556. Tertia Francofurti A. 1568. & utraque quidem in majore forma, seu folio, uti loquuntur: Quarta Basileæ in minore seu octavo A. 1578. Quinta cum libris Historiæ Saracenicæ per Cœlium Augustinum Curionem editis, & a Nicol. Höninger Germanice versis Basileæ in fol. A. 1580. Sexta Joan. Rosini, Viri ex opere Antiquitatem Romanarum toties recuso præclarissimi, qui & ipse appendicem

cem



*PRÆFATIO AD LECTOREM.*

cem ad sua usque tempora subjunxit, ut libellus Lipsiæ A. 1594, in publicum emitteretur: Septima rursus cum Historia Saracenicæ Cœli Augusti Curionis Francofurti in fol. A. 1596. Octava Chronico Chronicorum inserta, sive Chronico Ecclesiastico-Politico quod Joan Guultherius in lucem prodidit Francof. A. 1614. h. e. Janus Gruterus, nomen Guultherii mutuatus, uti a nobilissimo Placcio inter libros pseudonymos observatur: Nona sub titulo Historiæ Arabum recusa, quum Jo. Jansonius Amstellodami A. 1633. in duodec. emisit. Tot igitur editiones, quas e nostra Bibliotheca publica potissimum cognovi, cum prostent, hac nostra decima L. B. si lubet, uti potes in posterum, & quicquid Græci Latinique scriptores ad historiam Saracenicam Turcicamque memoratu dignius tradunt, e chronico Drechsleriano, sed quicquid Arabes & Turcici Auctores memoriæ prodiderunt, e nostris supplementis petere. Ipse vero decernas velim pro ea, qua polles, judicii facultate, quos sequi cupias aut amplecti. Ego meum judicium heic interponere nolo, aut publicis Scriptoribus & auctoritati horum detrahere. Interea tibi fidem dabo de appendice continuanda, si tamen Deus annuat, vitamque præstet facilem ad illud usque tempus, quo pax aurea, pax rerum optatissima & lauru quidem triumphisque multis ornatior toti Germaniæ reflorescat. Vale ad animi sententiam, Lector benivole, ac mihi meisque litteris fave!







LIB. I.

CAP. I.

SARACENORUM  
REGNUM.

*Anni à nato  
Christo*

**N** Ascitur Mahometus in Arabia  
X. Calend. Maji, patre Abdara,  
matre Emma, ex gente Ismaë-  
litarum, temporibus Mauriti  
Imperatoris, & Gregorii Pontificis Ro-  
mani.

596.

Mahometus instinctu & insidiis Jo-  
annis Antiocheni, & Sergii Italici Mo-  
nachi Alcoranum scripsit, & suo perni-  
cioso dogmate seducens Arabas, alios-  
que Asiaticos populos, eos Saracenos  
nuncupavit.

623.

Moritur Mahometus, ætatis agens  
annum unum & quadragesimum, se-  
pultus in Mecha Persidis urbe.

637.

Hierosolyma post biennalem obsi-  
dionem à Saracenis devastata.

638.

Tota Syria à Saracenis clade affecta  
est.

639.

Saraceni ab Imperatore Romano  
defecerunt.

640.

Antiochia à Saracenis everfa, Dama-  
scus

641.



scus capta, Phœnicia oppugnata, subacta Ægyptus.

648. Maximam partem Africae Saraceni suo imperio subjugarunt.

655. Rhodus nobilissima insula à Saracenis oppugnata est, quam capientes, plurimum ex ea auri auerunt: Et Colossum Solis nobilem altum 110. pedes: Ex cujus ære Judæis vendito, noningentos Camelos onerasse dicuntur.

656. Ægæum mare piratica infestant, & Cycladibus insulis multa intulerunt damna.

653. Saraceni Olympium Italiae Exarchum in Sicilia, cum toto exercitu interfecerunt.

668. Constantinus III. cum Muchamodo Rege Saracenorum hac conditione pacem fecit, ut Saraceni magnam vim auri Romanis exsoluerent, cum insigni equo & cum nobili puero.

672. Irrupere Saraceni in Siciliam, & Syracusis captis, omnique terra devastata, Alexandriam rediere.

675. Obsessa est Constantinopolis à Saracenis, quæ frustra sæpius oppugnata, cum navibus conscensis domum redire statuissent, major eorum pars naufragiis periit.

676. Romani Saracenos vicerunt, occisis triginta eorum millibus.

Pax



Pax secundo inter Romanos ac Saracenos ad triginta annos hac lege facta est, ut Saraceni Romanis tria millia librarum auri, quinquaginta captivos nobiles, cum totidem equis annuatim solverent. 679.

Saraceni Rege Ammiratho Africam, & Lybiam invaserunt, multis spoliis ditati. 686.

Mortuo Constantino, Justinianus ejusmodi conditionibus cum Saracenis pacem iniit, ut Africa & Lybia imperio restituta, per decem annos singulis diebus mille aureos, & equum cum nobili puero loco tributi penderent. 687.

Hoc foedere rupto, Justinianus pugnam cum Saracenis iniens, plurimum damni ab iis retulit. 688.

Fusis per Saracenos Romanis, nomen Saracenum crevit, dignitas Romanorum valde imminuta est. Abimelech Saracenorum Rex Africam invadens, non diu victoria gavifus est. 692.

*Nota, animadversiones, & supplementa ad Chronicon Saracenorum.* 698.

**B**ene Auctor Chronicon suum de Saracenis Turcisque tanquam distinctis plurimum nationibus inscripsit: Ut gravius multo peccent, qui gentem utramque, ac res utriusque gestas tur-

A a piter



piter confundunt, & ab historica fide  
 nimium recedunt. Saraceni enim A-  
 rabes ex Arabia oriundi: Turci vero e  
 Turkestana sive boreali Asiatica Scy-  
 thia portisque Caspiis effusi sunt. Am-  
 plius Saraceni suis olim tribubus di-  
*Gen. X. v. 25.* stincti ad Joktanem seu Kahtanem,  
*26.* quem Moses e posteritate Semi com-  
 memorat, suas revocarunt origines; &  
 sub diversis Regibus ac Phylarchis, va-  
 riisque Koreischitarum, Nabatæorum,  
 Charanæorum, Haungarensium, Hi-  
 rensium, Lachmidarum, & Sabæorum  
 sectis idololatricis per tria annorum  
 millia floruerunt: Nisi tamen Elmaci-  
 nus, Amed, Abuc Farajus, Kessæus  
 Arabes, quique hos sequuntur, Hottin-  
 gerus & Pocockius excedant calculo.  
 Gens autem Turcorum obscurissima de  
 ortu suo nihil certi hactenus tradit, nec  
 veteribus quidem omnino cognita aut  
 perspecta, in monumentis solum Sara-  
 cenis seculo post Christum natum septi-  
 mo innotescit, ubi mercenarium apud  
 Arabes militiae genus sectata, ex illo de-  
 mum ad potestatem aliquam & noti-  
 tiam emerfit. Denique res Arabum  
 priscorum & reges in sacro V. ac N. Te-  
 stamenti codice, item in libris Græco-  
 rum & Romanorum historicis suum  
 hodieq; locum inveniunt: Turcorum  
 vero

vero



vero latent omnia in tenebris profundis. Adde, quod Saraceni & Arabes omnem elegantioris doctrinae partem, Mathesin, Physicam, & Medicinam maxime attigerunt, suamq; linguam summo excoluerunt studio. Turci nihil aut parum elegantiae in suam intulerunt gentem, & sua hodieque barbara incultaque admodum lingua utuntur, nisi quod Arabicæ cum Muhammedismo in sacris & precibus locum dederunt.

Saraceni autem Græce Σαρακηνοί, Genes.  
 Chaldaice in Targum Hierosolymitano סרקיין Arabice سارقين ex XXXVII, 25.  
 verbo appellantur Arabico سارق هujusque participio, quod furandi significationem habet: Quasi furaces rapacesque, aut rapinis & latrocinis deditos voces, Græce ληστευαὶς νομάδας i. e. in nomis seu familiis & tribubus latrocinantes. Neque tamen in notis ad Specimen Historiæ Arabum Pocockius P. 34.  
 fallitur, qui non ab rapinis sed situ potius Saracenos شرقيين quasi شرقيين  
 שרקיין i. e. Orientales seu Orientis incolas denominari voluit, & ad versionem Arabicam ex libro Regum posteriori provocavit: Hoc enim nomen ab ipso Mohammede suis impositum non fuit: An regioni etiam hoc peculiari



στὴ πολ.

fit additum ignoro: Ut suspicer, facit Stephanus antiquus Geographus, dum ita refert: Σάρακα χώρα Ἀραβίας μετὰ τὰς Ναβαταίους, οἱ οἰκῶντες Σαρακίνοι, h. e. *Saraca regio Arabia post Nabateos, cuius incolæ Saraceni.* Longius ab vera derivatione absunt, qui hoc nomen ad Saram Abrahami uxorem referunt, puta Hieronymus, Isidorus, aliique inter Monachos & Geographicos Scriptores plurimi. Repugnant enim huic etymologiae historia & grammatica: Ipsi quoque Arabes, qui ab Hagare potius quam Sara suos repetunt annales, & huic illam præferunt: Hinc etiam **הגרים** Hebraice, i. e. Hagarenos aut Hagraeos dici volunt. Sed nomen Arabicum istud **المغاربة** elmagarin ex Arabico verbo **كأجر** ortum habet, denotatque homines religionis causa exulantes. Eiusdem originis nomen Hegira est æræ Turcicæ impositum, de qua inferius dicetur. Hæc ad titulum sive ad inscriptionem sufficiunt.

### CAP. I.

**I**N primo capite Muhammedis natiuitas offert sese admodum controversa inter Arabes & Christianos historicos. Ex omnibus tamen Elmacinum seligam



gam, quem sequar, in historia Saraceni-  
ca scriptorem antiquum, & ex seculo  
post natum Christum septimo supersti-  
tem: Is vero ita ex Erpenii versione:  
*Natus est Mohammed circa auroram diei  
Luna, qui octavus erat Rabii prioris: Cui  
respondet e mensibus Romanorum, dies  
vigésimus secundus mensis Nisan, anni  
octingentesimi secundi, Alexandri magni,  
dilkarnain.* Ubi de mense ac die nata-  
li res non adeo liquet, si Tabulas Astro-  
nomicas ab Jo. Gravio, Londini editas,  
& Ruzname Naurus Tabulas æquino-  
ctiales ab Welschio divulgatas consu-  
lam. Sin idem Nisan fuerit, qui ex Ro-  
manorum mensibus Aprilis, tum vero  
ista tolletur obscuritas: Hæc enim est  
laudati Welschii, in suo Commentario  
sententia: Videtur eadem fuisse Drechs-  
leri, & omnium, qui natalem Moham-  
medis X. Calend. Maji posuerunt. An-  
nus autem nihil dubii facesset, dummo-  
do Alexandrina æra ab anno ante Chri-  
stianam æram trecentesimo duodecimo  
inchoetur: Unde hujus initium Scali-  
ger atque Petavius, duo præstantissimi  
Chronologi, duxerunt. Hinc scilicet  
annus post natum Christum quingente-  
simus secundus & septuagesimus prædi-  
bit, unde in lucem pseudopropheta ille  
ex orco prodiit. Neque Arabes dis-

pag. 63.

A 4

sentiunt,



sentiunt, qui annos quingentos septuaginta aut sexcentos circiter à Christo nato ad Mohammedem effluxisse volunt. Kessæo autem Arabi sphalma obrepisse aliquod videtur, quam annos sexcentos viginti apud Hottingerum in Orientali Historia refert. Mendam quoque Abul Farajus ex vitio scriptorum non potuit effugere, in quo annum legimus natalem octingentissimum nonagesimum secundum pro secundo & octogesimo: Ubi Pocockius ex Elmacino, Alcodai, Abulfeda, & historia Saracenicæ emendat.

Patria impostori obtigit vallis lapidosa (sic Elmacinus loquitur) Meccensium urbi vicina. Mecca illa urbs vetus erat desertæ juxta Geographum Nubiensem Arabiæ, inter montes sita, & amplitudine Amstelodamo apud Batavos, si Erpenio credamus, proxima. Pater fuit Abdalla h. e. *Dei servus*, e Koreischitarum haud ignobili stirpe, avus vero Abdolmotallab, cujus genealogiam fabulosissimam à Christo ad Mosen, ab Mose ad Abrahamum, & ab hoc ipso ad Adamum Arabes deducunt. Quam absurde id fiat, Hottingerus ex libris Arabicis in Orientali evicit historia. Mater autem Emina vel Amena, Wahebi filia & Abdomenaphi neptis,

ex

*lib. 1. c. 6.*

*Orat. 11.*

*lib. 1. c. 3.*



ex eadem, qua Pater fuerat, Koreifchitarum tribu.

Parentes filio nomen Mohammedis imposuerunt Arabicum **محمّد** **محمّد**, quasi tu valde celebratum dices aut desiderabilem, Græcis *ἱεροσμου*. In Alcorano ex eadem radice **أحمد** **أحمد** Ahmed, eademque sensu audiit. Quamvis autem Arabes Ismaelem pro magno Propheta, & avo Mohammedis hujus habeant, tamen ex Ismaëliitarum gente ortus non dicitur, nec dici potest, nisi ad unam stirpem cunctos Arabes redegeris, Joktane ac Semo, quos ipsi jactitant auctores, præterito. Ab hujus nativitate ad educationem ut transeam, ex Elmacino, Abul Farajo & Saido ibn Batrik seu Eutychio Batricida pergendum erit, supplendumque, quod in Auctoris chronologia desiderabitur.

*Ann. Chr.*

Nascitur Mohammedes, amplissimi per Asiam Africanamque imperii ac novæ religionis auctor; Abdalla pater ei nec dum bimulo ereptus.

572.

574.

Mater Emina quoque puero sexenni. Quem educandum avus Abdalmotalib suscepit, & moriturus patruo Abutalebi tutorique octennem postea reliquit.

577.

579.

Juvenis annorum XXV. Chadijah, viduæ Meccensi nobili ac opulentæ mercenarias addixit operas, & Dama-

596.

A 5

scum



scum mercaturæ causa mittitur. Inde rediit cum foemina illa quadragenaria matrimonium inivit.

611.

Vix annorum XL. factus, revelationes propheticas mentibus, uxori, genero Ali, & Abubecro imposuit.

615.

Anno quarto post Prophetam sese publice jactat, & Islamismum disseminat.

618.

Chadijah moritur septem liberorum, quos plerosque viva extulit, mater. Alteram ergo sibi uxorem Kakia sociat, deinde Aijischam tertiam, Abubecri, & Seidam Zamæi filiam, tandemque Mariam Cophtiticam, & undecim alias, exceptis insuper concubinis.

622.

H. I.

Koreischitis Meccensibus ob turbas novæque religionis studium invisus expellitur, aufugitque Medinam, Abubecro, Abdallo, & Ali comitibus: Ibi apud civem Abiobium diversatur, donec ædes sibi proprias templumque conderet. *Hinc Hegira, Sarcenicæ Turcicæq; epoches principium, & Alcorani fabulosa farraginis origo.*

623.

Statim ad arma & parandam hisce potentiam sanguinarius proclamat, & cum Koreischitis Meccensibus prælium edit Badrense, in quo trecenti Muslemi Koreischitas mille profligaverant; deinde prælium Obud, in quo Muslemis succumbentibus

tibus



tibus Mohammedi vulnus in facie inflitum, dentesque fracti. Porro plura praelia Marte ambiguo cum Judæis pariter atque Meccensibus, donec Chaibar, Meccaque urbibus expugnatis, regio Tebac totaque propemodum Arabia subigeretur. Interim suggestum in templo suo, unde verba publicasque preces faceret, sibi curavit extrui, duos nactus æmulos Pseudoprophetas, Mu-seileman, Aswadenque.

H. 8.

C. 629.

630.

Tandem morbo suo epileptico & febrili correptus animam efflavit improbam, relictis uxoribus, nullisque præter filiam unam Phatemam liberis, annos natus LXIII. Quadraginta præteratus egerat, reliquos Prophetæ sumto titulo, & Meccæ quidem tredecim, Medinae vero decem. Dum de sepultura inter socios contenditur, Meccane an Hierosolyma cadaver capiat; Medinenses prævalent. Humatus igitur fuit in cubiculo domi suæ, ubi occubuerat, quam Aijischæ domum in urbe Medinensi nominant.

H. 11.

C. 634.

Cur fuga Mohammedis in hoc meo computo ad A. DC XXII. reducatur, facit rerum series ab Arabibus petita: Quæ si tenebitur, Elmacinus & Batricides non leviter peccabunt, dum ab iis fuga ad A. DC XIV. transponitur.

Hegi-



*Hegira* vero nomen est Arabicum هجرة, denotatque fugam aut in genere quamvis, aut in specie religiosam, qualem Mohummedes creditur fecisse. Asylum, quo sese profugus recepit, erat Medina urbs Arabiae felicis, ab Mecca decem dierum itinere distans: Iatribalias & ab hoc suo exule Medina natalnabbi h. e. urbs Prophetæ dicitur.

Alcoran القرآن componitur ex articulo Arabico nomineq; Koran, quo lectionem Arabes significant; velut Judæi ejusdem originis vocabulo Scripturam S. המקרא Hammikrah nuncupant. Totus autem liber ille religionis Christianæ ac Judaicæ, nec non fabularum Talmudicarum quædam satyra est aut farrago, ex capitibus sive Suratis centum & quatuordecim constans. Versio ejus accurata hodieque à doctioribus desideratur, etsi Latina (quem recudi Bibliander voluit) Italica, Arragonica, Germana & Gallica omnium recentissima extent. Idque vel ideo, quod ea Mohammedanorum conversionem & Islamismi confutationem singulariter juvare possit. Alcoranus enim plurima, quibus everti potest, argumenta aut perspicua aut obscure suppeditat; nempe creberrimas Gabrielis Angeli apparitiones, & cum

eo



eo Mohammedis colloquia simulata, falsas V. & N. Testamenti historias, fabulas ab Judæis aut hæreticis adsumtas, itemque contradictiones manifestissimas; Morbum etiam caducum, quo laborasse Mohammedes dicitur, seu epilepticum; Hunc enim Græci Latini-que historici magno consensu comprobant; nec minus laborum socios in Chronico nostro commemoratos stabiliant. Apud Arabes vero Baheira sectæ Jacobiticæ homo, & Judæi duo Chineses Abdiasque Islamismo dediti prædicantur.

Islamismus Arabice *الإسلام* religio Mohammedana dicitur eodem vocabulo primitivo, à quo Mohammedani *المسلمون* Mosleimin sive Moselmanni audiunt h.e. *credentes seu fideles*: Hac scilicet appellatione plurimum gaudent. Conferat qui volet Bibliandrum in Alcorano additisque huic Collectaneis, Hottingerum in Histor. & Theat. Orient. Jacob. Andreae Maurum in Confuso sectæ Mohammed. & Hornbeckium de Mohammedismo. Mihi ad successores sive Chalias Saracenicos progrediendum erit.

Chalifa Arabice *خليفة* generaliter quemcunque successorem, specialiter pro dominatu sive imperio Mohammedano



medano significat summum in rebus sacris politicisque Dominum, Monarcham, & Pontificem quasi. Primos quidem quatuor Mohammedis successores καὶ ἐξοχὴν hoc suo designant nomine; καὶ ἐφεξῆς tamen omnes etiam, quibus in suggestu & solio successisse licuit, Monarchis, donec Saracenicæ Monarchia sive Respubl. everfa jacuit. Interim cum de Omare tertio non convenirent, quod nomen addendum sit homini, constituerunt Proceres Saraceni, ut Omra-almumenim sive Amirol Mumenim vocaretur i. e. Imperator fidelium, & hanc successoribus appellationem relinqueret.

11. II. Abubecr ibn Amer i. e. Abubecrus Ameris & Salmæ filius ad dominatum, eo quo Mohammedes decesserat, die provehitur non sine strictis gladiis, donec Ali, filius Abu Talebi à quibusdam præpositus tandem cederet, neque Medinenses amplius reluctarentur.

12. Arabes quosdam rebelles, & Muselman æmulum armis compefcuit. Anno post Irakum sive Mesopotamiam sibi tributariam fecit. Anno autem tertio Palæstinam & Syriam laceffivit, Bosra, urbe amplissima capta,

13. Cum Heraclii copias fudisset, Ducibus submissis, inter victorias vitam posuit;

Anno Christi.  
634

Anno Hegiræ.  
11.

636

12.

637

13.



fuit; sed primus Alcoranum e tabulis A.C. A.H.  
 schedisq; collegit, annos LXIII. natus.

III. Tertius Chalifa Omar ex Abu- 638 14  
 becri designatione sequitur, Alchitabi  
 filius, qui Persas laceffivit non sine suo-  
 rum & hostium clade gravissima: Por-  
 ro Syriam, in qua Damascum sex men-  
 sibus obsessam cepit, duce Chalido:  
 mox totam Irakum seu Mesopotamiam, 639 15

Postea Hierosolymam obsidione du-  
 rissima expugnatam, & Palæstinam du-  
 ce Hamo domuit. Amplius Madaji-  
 nam Chrosrois regiam urbem, hujusq;  
 thesauros maximos, & Jezdigerde, Rege 641 17  
 ultimo, fugato Persiam subegit:

Syriam deinde reliquam se præ-  
 tens, missisq; Ducibus Misram Ægypti  
 metropolin cepit, & mensibus quatuor-  
 decim obsessam Alexandriam.

Jussu hujus Bibliotheca Alexandri-  
 na non sine irreparabili artium damno  
 per balnea dispergitur, iisque calefa-  
 ciendis comburitur.

Tandem a servo Persa quopiam Abu 643 23  
 Lulux tribus vulneribus inflictis peri-  
 mitur, tot regnorum Dominus, tot gen-  
 tium victor.

IV. Mox quarto nec sine dissidiis  
 Chalifæ locus datur Othmanno sive  
 Ottomanno, Affani & Bisæ filio. Hic  
 urbes Syriæ, quas Imp. Romanus adhuc  
 tenuit,



A. C. A. H. tenuit expugnat: Anno post fratrem  
647 27 Abdallam Ægypto præficit, eoque duce  
Africam subjugat, stirpe ibidem regia  
necata.

Othman schedas Mohammedis va-  
rias ab Omare antea collectas in ordi-  
nem redegit & in capita, ut novus ex iis  
liber Alcoran componeretur.

651 31 Duce Muavia Cyprum; duce alio  
Abdalla Chorasanem subigit, Jezdegir-  
do, Rege Persarum ultimo interfecto,  
cunctisque regni Persici provinciis oc-  
cupatis: Porro Nubiam Rege ad tri-  
butum annum adacto.

655 35 Multa in Chalifam crimina congesta  
rebelliorem Ducum excitant: Deni-  
que Mohammedes filius Abubecri, &  
percussores alii quatuor Othmannem  
multis ictibus confossum jugulant.

657 37 V. Ali postea quintus præficitur,  
Abutalebi filius & Mohammedis gener,  
qui turbis domesticis immerfus, Tal-  
han, Zubeiren & Alijsian, rebelles Oth-  
manni vindices, perdomuit, multis Sa-  
racenorum millibus utrinque fufis.

Muavian Syriae præfectum compe-  
scere non potest: Qui ubi Cyprum &  
Ancyram deditione ceperat, tumultua-  
turus Tanchanis, Turcici cujusdam Re-  
guli, opem exposcit, neque tamen ob-  
tinet.

Chali-



SARACENORUM REGNUM. 17

Chalifa letali tandem vulnere percussus, vitam & turbulentum imperium finit, Tahafæ sepultus. Abdalla verò Dux Sicarium manibus pedibusque truncatum & lingua resecta ignibus cremari voluit. A.C. 660 A.H. 40

VI. Inde Sextus al Hasen, filius Alis, & Phatemæ natæ Mohammedis eo, quo Pater decefferat, die Chalifa extollitur Cufæ: sex vero mensibus elapsis ab Muavia certas, quibus addicavit, ad conditiones adigitur, nullo profuso sanguine quietus & post octennium vita defunctus.

VII. Septimus huic Ommiades Muavias, Abusofyani & Hero. filius succedit in cladem occidentalis Imperii horrendam. Mauritania & Hispania captis urbibus subjugantur: Rhodus item insula, teste ibri Butrik. 661 45 666 46

Muavias multa profusa pecunia Jezidum filium Collegam sibi adsciat: Qui post biennium Constantinopolin circumfedit, multa vastitate regionibus illata. 670 50

Pater Damasci septuagenario major diem obiit, & novendecim annorum Chalifa, primus omnium, qui sedens pro concione dixit. 679 60

VIII, Octavus ex socio paterni  
B impe-



A. C.

A. H. imperii ad Chalifatum provehitur Jezidus Omniades, Muaviae Caifanaeque filius.

Hic Anseimo Alis filio æmuloque oppresso Naifaburum, Chonrazman & Bocharam cepit: Regem Samarandæ ad pacem pecuniis emendam compulit.

682

63

Medina rebellis imperio sese subducit, captaque per triduum diripitur. Anno post proximo Abdella Zuberri filius seditiosus Meccam occupat, & ab Haseno iterum compefcitur. Jezidus in Emiscena regione mortuus Damasci humatur, annorum triginta novem juvenis.

683

64

IX. Nonus Muavias Jezidi filius Omniades, quatuor mensium Chalifa & viginti annorum adolescens obiit: Ab eo inter regnum ad LXXIX. dies incidit.

X. Decimus Abdalla, Zubeiri & Asmæ Abubecro natæ filius Chalifa Meccæ in Arabia creatur non sine turbis gravissimis.

XI. Undecimus in Syria Damasci Merwan, Hakemi filius, Omniades, Ægypto subacta potentior, exercitum Abdallæ fudit, veneno postea incertum an suffocatione an peste mortuus.

XII.







A.C.

A.H. tarius per traditionem perpetuam  
consignatus adjungitur, & magni  
apud Turcos pretii adhuc habetur;  
à quo sese Sumnos aut Sumnitas dici  
gestiunt.

Perficum Regnum, cujus in hoc  
primo capite fatalis Periodus com-  
memoratur, ab antiquis Monar-  
chiæ secundæ regibus ad Macedones,  
ab his ad Parthos postea, denique  
rursus ad Persas, ab iis ad Kalifas  
Saracenicos, Tartaros, & tandem  
iterum ad Persicos Sofos transit.  
Rex Parthorum primus fuit

(اسخکی) Aschki Græcis Ἀρσάκης  
Rom. Arsaces, urbis Ascai conditor,  
à quo Successores Aschkanæi Rom.  
Arsacidæ vocabantur; Nempe fi-  
lius patri cognominis, belli Antio-  
chi Seleucidæ gravissimo distentus;  
Schabur Justino Pampacius; Gur-  
dat Medorum domitor, ejusque  
frater Tiridates sive Mithridates;  
Baadi vulgo Phraates, iique nume-  
ro tres; Hordos Rom. Orodes M.  
Crasfi strage inclutus, hujusque fi-  
lius Pacorus; Arduvvan Græcis &  
Romanis Artabanus; Cosro Pausan.  
Osroes; Aschkan Tacito Vologeses;  
Postremusque omnium Arsacidarum  
Arduvvan sive Artabanus secundus,  
ab



ab Anton. Caracallo Imp. domitus,  
 & Artaxerxe Perfico necatus. Inde  
 Reges Perfici, eorumque primus  
 Ardschir Babekan, Græcis & Lati-  
 nis scriptoribus Artaxerxes, aut male  
 aphæresi facta Xerxes, Judæis meli-  
 us Orschir, Babeki filius (2) Scha-  
 bur Dul - aktaph ab latis humeris,  
 communiter Sapore (3) Hormoz  
 Agathiæ Ormisdates (4) Tos potius  
 Nars vulgo Narses (5) Bahram Se-  
 gan - schah (6) Hormoz ejus frater  
 (7) Schabur posthumus, & corona-  
 tus antequam nasceretur (8) Bah-  
 ramus (9) Schabur tertius (10) Jez-  
 digerd (11) Bahramkur (12) Jazdi-  
 gard II. (13.) Firuz (14) Palas aut  
 Balas (15) Kabad Procop. Cobades  
 (16) Nuschirravvan aliis Chosraes  
 (17) Hormoz vel Hormisdes Græce  
 (18) Chosrav Abarvviz vel Kosrai  
 (19) Schyrujah (20) Ardschir (21)  
 Schariar tyrannus (22) Jon Schir  
 (23) Tuvven - docht (24) Jancuchar  
 ultimique quatuor Azurmi, Kosrai,  
 Schariar Pherochezad, & Jazdigard  
 omnium postremus. Hanc seriem  
 Schickardus in Taarich sive Chroni-  
 co Perfico - Arabico recenset, itemque  
 Hottingerus in Histor. Orientali pa-  
 riter atque Ecclesiastica non tamen

A.C.

A.H.



integram; aliam Pet. Bizarrus alii-  
que vulgo Historici, neque omnes  
Arabes eandem, uti ex Abulfarajo  
pater.

## CAP. II.

700 **R**omani Syriam deprædantes, du-  
centa millia Saracenorum fu-  
derunt.

706 Contentione de Imperio inter Ju-  
stinianum, & Leontium orta, Sarace-  
ni Africam rursus occupaverunt.

710 Saraceni ex Lybia navigantes, pri-  
mum intulerunt pedem Hispaniæ, va-  
stantes Tarraconensem, Bæticam,  
& Lusitaniam.

718 Cum trecentis navibus Saraceni  
Asiatici Constantinopolin appulere,  
& eam mari, terraque acriter oppu-  
gnarunt. Eodem anno in Bulgaris  
duo & viginti millia Saracenorum  
cæsa.

719 Zulemon, Saracenorum Rex, in  
castris ante Constantinopolim mori-  
tur, sublato in ejus locum Ammi-  
ratho.

720 In obsidione Constantinopolita-  
næ urbis multi ex Saracenis, fame,  
peste, & frigore interierunt. Super-  
stites cum domum reverti statuis-  
sent,



lent, exorta tempestate maris, & igne de cœlo cadente, partim igni, partim aquis consumti sunt, adeo ut ex classe trium millium navium, quinque tantum naves evaserint. Duravit hæc obsidio totum biennium. Eodem anno Saraceni resarciri perpeffa mala, cum ingenti exercitu in Hispaniam irruunt, omnem terram excepta Gallicia depopulantes.

Abidimarus Saracenorum Africanorum Dux Burdegalam Galliaæ urbem, vi captam diripuit, & in Pictavos movens à Carolo Martello repressus est. Abidimaro autem Principe occiso, Saraceni aliquantulum ab armis quieverere.

721

Saraceni deductis secum uxoribus, liberis, ac omni familia, in Hispaniam incurrunt; quasi perpetuo ibi habitaturi. Cum iis pugnam iniit Carolus Martellus, Gallis in auxilium vocatis, & trecentis octoginta millibus Saracenorum interfecit; Ipse tantum mille & quingentorum militum ex suis jacturam fecit.

730

Carolus Francorum Rex Avionem, claram Galliaæ urbem, à Saracenis dolo captam sua virtute liberavit.

735

B 4

Caro-



737

Carolus multas alias civitates, expulsis Saracenis, paci ac libertati restituit. Amorthéo altero eorum Duce occiso, Athino altero fugato.

738

Idem adjutus Luitprandi Longobardiæ Regis auxiliis, ex tota Gallia Saracenos ejecit atque expulit.

744]

Constantinus Copronymos Imperator Constantinopolitanus classem adversus Saracenos Ægyptios duxit.

759]

Saraceni in Oriente suo imperio semper aliquid, quod Romanorum erat, subjecerunt, Romanis intestinis odijs disidentibus, & in solos Galliarum Reges intentis.

778

Carolus Magnus contra Saracenos pugnavit feliciter in Hispania. Rolandus Saracenum Christianos saepe provocantem duello vicit, eoque Strato suis facillioem victoriam præbuit.

Rolandus fortissimus vir, Berthæ Caroli Magni sororis filius, à Saracenis cum quadraginta millibus Christianorum deletus.

Leo quartus Imperator in Saracenos Syriam inhabitantes incurSIONEM fecit.

Ad



Ad

CAP. II.

**A**bdurrahman Dux, Mohammedis *A.C.* *A.H.*  
 cujusdam filius, arma in Zeuti- 701 82  
 lum, regem Turcicum moturus, re-  
 bellioni studet, exercitu 100000 mi-  
 litum coacto; Sed præliis octoginta  
 fractus aufugit Sabanam, ibique ca-  
 ptus ab Rege Turcico liberatur,  
 suis denuo succumbentibus.

Cahlifa obiit sexagenarius anno 705 86  
 imperii XXI. Damasci sepultus, &  
 Chalifarum, qui successerunt, qua-  
 tuor parens.

XIII. Walid sequitur eodem  
 anno, sextus Ommiades, victoriis  
 Græcorum & Asiaticorum inclutus. 707 88

Extremas Persiæ provincias &  
 Chorasmios subegit: Turcos capta  
 metropoli superavit: Samarcandana  
 urbe Tatarica expugnata, Regem  
 Jaharum trucidavit.

Templum Damasci Mohamme- 712 93  
 danum idque magnificentum exstruxit;  
 Medinense dirutum refecit. Duce  
 autem Tarico Toletum occupat, &  
 majorem Hispaniæ partem.

Antiochia terræ motu per qua- 713 94  
 draginta dies concutitur, & male  
 admodum laceratur.

B 5

Walid



A. C.  
714A. H.  
96

Walid exhalat animum, corpus-  
que tumulo Damasci patrio infer-  
tur. Ipse dum vixit, uxorum plu-  
rium maritus, alias duxit, alias re-  
pudiavit.

716

98

XIV. Suleiman aut Soliman  
fratri demortuo succedens, Jezidum  
Chorasanae imposuit, eoque Duce  
Tabristanam & Gjorgian subegit.

Duce Mosleimo fratre suo Con-  
stantinopolin diu oppugnat; sed ob-  
sidione iterum soluta praedas agi ju-  
bet. Potu lactis venati hausto ex-  
spirat quadragenarius, polygamiae  
ac helluationi deditus.

717

99

XV. Omar Abdulazizi filius, &  
Solimannis patruus, Ommiades, pa-  
cis & religionis studio praestans, ma-  
ledictionem alis publicam, quam  
Muavias ordinarat, e suggestu su-  
stulit.

719

Post biennium decedit, in Mo-  
nasterio Simeonis, quod regio Emis-  
sena habuit, sepultus.

721

XVI. Jezidus, Abdolmaleci fi-  
lius, patruelem sese conscio necatum  
subsequitur: Mox Jezidum alium,  
seditiosum Basora praefectum, praelio  
domat cruento.

Turcos captis oppidis duce Gjer-  
raho male mulctat, donec ad Arde-  
bilam



bilam Maslimi stragem horridam A. C. A. H.  
paterentur.

Interim Chalifa, luxus & Veneris  
mancipium, ex obitu puellæ Habe-  
bæ sibi amatissimæ ad insaniam  
prolapsus, morti & luctui succu- 723 105  
buit.

XVII. Hisiamus cum fratre vivo  
successionem pactus, Ommiades  
surrogatur, quietis aliquandiu aman-  
tissimus.

Duce Mosleimo fratre Turcorum 731 113  
oppida oppresit, & diripuit, capti-  
vis undique abductis. Postea divi-  
so exercitu Græcos aggrediatur, iis-  
que fufis Imper. Constantinum Co-  
pronum capit.

Duce Omare Zeidum rebellem 738 121  
superat, crucique impositum exurit.  
Motus terræ vehementissimus in  
totum Orientem incubuit, sexcentis  
urbibus everfis.

Dira Christianorum Ægyptii per-  
secutio, quam Cyriacus Nubiæ Rex  
centum millibus in equitatu misfis  
prohibuit.

Chalifa luxu vestium tanto ex- 742 125  
cesfit, ut defunctus ne quidem pan-  
num, quo tegetetur, reliquerit, etsi  
per annos novendecim regnarat.

XVIII.



A.C.

A.H.

XVIII. Walid Jezidi filius succedit & ipse Omniades, tumultu Syriaco propter impietatem depositus, amputato capite, ac Damasci postea portæ suffixo, filiisque in carcerem coniectis.

743

126

XIX. Jezidus, Walidis & Siahferendæ ex regia Persarum stirpe matris filius, Emissenos, Palæstinos, interque hos Suleimanem Merwanemque Duces rebelles habuit, post quinque menses lue pestifera exstinctus.

XX. Ibrahimus, Walidis filius, filius, Omniades, fratri successit; Mervvanem vero seditiosum conflato 80000. militum exercitu coercere non potuit, quanquam 120000. milites in suis copiis numeraret. Post duos igitur menses æmulo successit, & post sexennium privatus cæditur.

127

744

XXI. Mervvan itaque rerum positur, Muhammedis filius, militari gloria insignis, & asinus Mesopotamiæ dictus.

Emissenos rebelles coercuit, prostratis mœnibus, & civibus sexcentis in crucem actis: Postea Damascenos, Suleiman itidem & Abdallam, barbarum pessimos auctores.

Sed



Sed neque sic malis expediri potuit, quum emergerent Abbasidæ, Persia, Palæstina, & Babylonia capta. A.C. 747 A.H. 130

Mervvan fugatus in pago Ægyptio misere truncatur, Ommiadum postremus, & reliqui hujus stirpis octoginta viri ex medio tolluntur.

Ergo Abbasidæ Ommiadibus prævaluerunt, sed tandem Bagdadi posita, quam Medinatal salom dixerunt (*b. e. pacis urbem*) suisque posteris per quinque servarunt secula. 748 131

XXII. Primus horum annos abhinc triginta Anno H. 100. fuit Mohammedes, Alis filius: Quo post annum defuncto filius Abdalla Saffar, jus Abudalabbas provehitur in existirpandam Ommiadum progeniem sævus, & potentissimus per Arabiam, Palæstinam, Syriam, Mesopotamiam, Armeniam, Persiam, Indiæ partem, Ægyptum, Africam & Hispaniam Monarcha; sed Imperio per quadriennium firmato variolis exstinguitur, cum Alexandri M. ætatem, annumque hujus emortualem tertium & trigessimum attigisset.

XXIII. Abu Jaasar al Mansur, Mohammedis filius, Abbasida in pro- 653 136



A. C.

A. H.

professione apud Syros Chalitatum suscipit, hujusque insignia, nempe nigram vestem, equum, gladium & suggestum, quem novus Chalifa conscendere debebat.

Abdallam æmulum & seditiosum clade afficit cruenta, deditumque obtruncari jubet.

756

139

Muavias, Hisjami filius, Ommiades, viginti octo annorum juvenis in Hispania Chalifatum primus occupat.

762

145

Bagdadum exstruitur in prato viridi, quod Bagdad eremita habitaverat, vocaturque Medinat al salom i. e. urbs pacis.

Al Mansur Mohammedem Abdallæ filium seditiosum, quem Medinenses creaverant Chalifam, resecto capite prosternit: Ibrahimam etiam in Perside tumultuatum.

774

158

Idem in peregrinatione Meccensi mortuus, Meccæ humatur, cum annos XXII. imperasset, prudentia rerumque usu præditus, sed suspicax & avarissimus: Vnde Obolarii cognomen apud suos meruit.

XXIV. Mohammed Muhades, Abbasides, patri succesit, Josepho apud Chorasanos rebelle cruci affixo, belloque Græcis illato:

Quod



Quod restauravit acerrimum Harone filio duce, ac Romano exercitu fuso. Postea Irene Imperatrici tributum annum 700000. aureos extorque. A. C. 780 | A. H. 164

Denique Zindikæos hæreticos, ubicunque invenerat, necari iussit; Donec quadragenarius exspirat, per decem annos suo imperio functus. 785 | 169

XXV. Mosa ad Hades ex Ata concubina progenitus patrem insequitur, bello tum Giorgiano intentus, ex eoque Bagdadum advolans, per annum præfuit, ab matre cui mortem paraverat, interemptus. 786 | 170

XXVI. Abugiafar Haron Kasjidus, fratri successus, filiolum Aluminem eo suscipit die, quo Chalifa prodiit, pueroque quinquenni successionem obtinet.

Abdurrahman Muaviae filius & Rex Hispaniae decessit Hisjamum filium nactus successorem, eoque post octo annos mortuo nepotem Hackemam. 791 | 175

Haron rebellem Jahjan blanditus donisque circumscriptum ferreis constrinxit compedibus: Ipse postea peregrinationem Meccensem pedes iniit. 799 | 183

Hoc



A.C.

A.H.

Hoc seculo Islamismus longius hinc inde serpsit: Apud Arabes bonæ discipulæ in pretio fuerunt post al Mansuri tempora. Sed Abbasidæ in Sacris pro concione stantes dixerunt, cum sedentes Ommiadæ dixissent.

## CAP. III.

803

**A**aron Saracenorum Princeps, cum trecentis millibus expeditis equitibus, Nicephorum Regem Constantinopolitanum oppugnavit, eumque tributarium reddidit, impositus legibus iniquissimis.

807

Sardinia & Corsica insulæ à Saracenis vastatæ.

826

Saraceni Cretam insulam suæ ditioni subjiciunt, Græcis duplici prælio superatis.

828

Saraceni Asiatici in Palæstinam Africani in Siciliam irrumpunt.

830

Bonifacius Corsicæ Comes, Christianorum auxilio destitutus, exceptis Hetruscorum populis, trajecit in Africam, & inter Carthaginem & Uticam, quatuor præliis victor exitit, & terrore nominis sui ex Sicilia Saracenos domum ire ad propria defendenda compulit.

Asiam



SARACENORUM REGNUM. 33

Asiam invadentes Saraceni, Amorianam capiunt, Theophilum Imperatorem Constantinopolitanum in fugam bis vertunt, & castris ipsius potiuntur. 835

Multis terris Saraceni maxima intulere damna, & metu civitates plurimæ hinc inde ad eos defece- runt. 836

Saba Rex Maurorum, Saraceno- norum Dux, Siciliam, & finum Crotoniensem vastat, Tarentum ca- pit, cui Theophilus Imperator, & Venetorum classes frustra restite- runt. 843

In Dalmatia latrocinia exercentes Saraceni, Ragusiam urbem claram, magnis incommodis afficiunt. 844

Saraceni invadentes Hetruriam & Latium, Romam deprædati sunt; sed antequam domum redirent, plu- rimi naufragiis perierunt. 845

Illyrico & Dalmatia vexata, A- driaticum mare transeuntes, Anco- nam Piceni urbem direptam incen- derunt. 846

Leo quartus Pontifex reliquias Saracenorum e portu Ostiensi ejecit, & Transiberinam regionem contra eas munivit. 847

Saraceni prædæ causa iterum irru- 867  
C pere



pere in Italiam, & Beneventanum agrum in Samnitibus igne, ferroque vastarunt; sed a Ludovico, & Lothario Regibus in fugam sunt conversi.

870

Cum Persis Saraceni iterarunt bella. Persæ Turcico milite usi (montem Caucasum tum Turcæ habitabant, & vocabantur Tartari) illorum auxiliis vicerunt.

Ab eo usque tempore Turcæ nunquam postea reliquerunt Asiam, & in Saracenicum tam regnum, quam nomen transierunt.

878

Ex Sicilia Saraceni, quam ad septimum & quadragesimum annum tenebant, penitus expelluntur.

881

Carolus Crassus irrumperentes Saracenos Italia arcuit.

897

Nicetes Dux Constantinopolitani Imperatoris, egregiam victoriam de Saracenis reportavit.

Ad

## CAP. III.

A.C.  
028A.H.  
186

Haron Rasjidus Rom. Imp. provincias adortus, spolia reportat. Hakanus Hararorum rex Muslimis in Mavvranachara cladem cruentam intulit.

Haron



SARACENORUM REGNUM. 35

Haron Rasjidus confecto religio- A.C. A.H.  
so ad Meccense templum itinere si- 802 186  
liis suis tribus imperium distribuit:  
*Exemplo sane noxio, unde gravissima  
posteritati damna.*

Postea terras Imp. Romani nova  
irruptione tentat, & Nicephoro Imp.  
tributum annum extorquet: Porro  
stragem Præcorum insignem edidit, 805 190  
cæsis XL. millibus, & vulnerato  
graviter Imperat. Recruduit bel-  
lum, & Heraclea diruta, captisque  
arcibus exercitu 135000. militum  
collecto novas pecunias poscit. In-  
de Cyprum misere vastavit, multis  
millibus in servitatem horridam ab-  
reptis.

Deniq; Chalifa ubi annos XLVII. 808 193  
vivendo XXIII. imperando exple-  
verat, finem rebus imposuit, Prin-  
ceps peregrinationis, poëseos, do-  
ctorumque virorum studiosissimus.

XXVII. Abu Abdalla al Amin aut  
Alaminus patri, cui sic visum fue-  
rat, successor datus, fratrem populo  
gratisimum Al Mamunem armis  
persequitur.

Al Mamun Chalifa Chorasanae  
imponitur: Alamin autem ab Hase-  
no in carcerem coniectus, & vix ite-  
rum restitutus capto Bagdado infidias 813 198  
effu-



*A. C.* *A. H.* effugit ; neque tamen diu superstes  
ab seruo immisso misere jugulatur.

XXVIII. Abulabbas Al Mamun,  
Abbasidarum septimus, fratre de-  
posito adscendit altius, Talibitis,  
Abufarayo potissimum & Ibrahimio  
tumultuantibus.

816 201 Quibus represis Alin quempiam  
Musæ filium sibi successurum desi-  
gnat, exercitu fremente, qui Chali-  
fam præponi voluit Ibrahimum, Mu-  
hadis filium: Hic tamen desertus  
postea latensque sibi al Mamunem  
reconciliat.

821 206 Hakemus Hispaniæ Rex defun-  
ctus, Abdurrhamani filio locum va-  
cuum reliquit.

825 210 Al Manum Romanas irrumpit  
provincias, arce Carrensi diruta,  
captisque oppidis aut exustis: Hinc

830 215 Ægyptum petiit, civesque Tai-  
menses in ordinem redegit.

833 218 Postea reversus Romanas provin-  
cias nova impressione vexat, & huic  
postremæ immortuus Tarfi huma-  
tur anno Chalifatus XX. vitæ suæ no-  
no & quadragesimo: Princeps egre-  
gie doctus, clemens, & doctorum  
amatisimus. Libros enim Philoso-  
phicos a Græcis Regibus conquisi-  
tos verti Arabice iussit, & Philoso-  
phiæ



SARACENORUM REGNUM. 37

phiæ omnis studium cum arte Medica in suis Provinciis florere. A.C.

A.H.

XXIX. Mohammed Mutafimus Billa, octavus Abbasidarum, simulac fratri sufficitur, Horrimæos hæreticos, qui duce Babeco invaluerant, 836 fudit, 60000, cæsis. 222

Mohammed Casimi filium rebellem in vincula conjecit.

Babecum, qui sese pro Deo haberi voluerat, Badya oppido expugnato, & interneccione 100000, hominum data, capite, manibus, pedibusque truncatum cruci affixit.

Anno post Imp. Romanæ terras 838 irruit; sed nova Barabæ cujusdam rebellione ad suos retrahitur; & auctorem hujus cruce sustulit. 224

Tandem feбри decumbens, Samarra, quam elegerat sedem, obiit octavo imperii anno, vitæ XLVIII. bellicosissimus Chalifa, Octaviani nomen adeptus ab octavo numero, quem in annis, ordine Impp. rebusque omnibus fatalem habuit. 841 227

XXX. Haron Wathek sive Waticus, Abugjafar, nonus Abbasidarum gubernacula tractavit, patre Mutafimo virtutibus & annis longe inferior.

C 3

In-



**A.C.** **A.H.** Interim Mesfina totaque Sicilia  
**844** 230 per Duces capta ipse Veneris usu  
 mortem accelerat.

**847** 233 XXXI. Frater itaque hujus ex  
 matre Turca genitus Gjafar Abub-  
 fadlus, Motevvakel Alala, locum  
 subiit, rejecto Watheki filio.

Mohammedem Confiliarium fur-  
 no ferreo ignitoque inclusum necat,  
 tresque filios designat sibi ordine  
 successuros, ac Provinciis imponit  
 præfides.

**852** 238 Abdurrahman Hakemi filius, Hi-  
 spaniæ Chalifa mortuus Mohamme-  
 di filio suo fasces tradidit.

Græci expeditione suscepta belli-  
 ca Saracenos provocant, ad Amidam  
 progressi: Hinc tamen ad suos ite-  
 rum repulsi.

**856** 241 Terræ motus Comosam, ejusque  
 pagos & 45000. incolas oppresfit:  
 Persiam item Chorasanam & Syriam  
 concusfit.

**858** 243 Chalifa Bagdado sedem transtu-  
 lit Damascum, indeque Samarram.  
 Motus terræ Asiam affligunt, arcibus  
 14. domiciliis, urbibusque dirutis;  
 Antiochiam præsertim 45000. ædi-  
 ficiis, & 100. turribus collapsis.

Turcici Duces, qui tum nimis  
 value-



valuerunt, militesque ob stipendia  
sua tumultum sæpe concitant.

A. C.

A. H.

860

246

Omaro duce Romanas invasit  
provincias, 70000. hominum captis:  
Fadlo duce classem instruit mari, &  
Antiochiæ arcem expugnat, capti-  
vis postea permutatis. Anno post  
Chalifa sermone ad populum habito  
ex infidiis Mustansiri filii mactatur  
a Nuga sicario, cum annos quatuor-  
decim præfuisset.

Tum temporis Theophilus Imp. 861  
Michaelis Balbi filius imagines e  
templis cunctas sustulit ob fraudem,  
quam Parochus in Mariæ simulacro  
lac uberibus emittente fecerat. Sed  
Patriarchæ monitu pietas restituit  
imagines.

247

Apud Mohammedanos contro-  
versia de creato Alcorano, agitata  
lanienæ plurimos, qui creationem  
negaverant, subjecit.

XXXII. Mohammed Abu Gja-  
far Mustansirus Billa, undecimus  
Abbasidarum, patri sufficitur parri-  
cida, fratribus successionem adi-  
mens, veneno post sex menses pe-  
riit, nocturno patris phantasmate  
perculus.

Idem ejus fatum, quod Schiroæ  
Persici Regis fuit: Hic enim Chof-

C 4

roa



A. C. | A. H. 101 Patre caeso sex menses præesse potuit, & suo exemplo Chalifam ter-ruit.

862 | 248 XXXIII. Ahmed Abulabbas Mustainus Billa Mustansiri filius octo & viginti annorum juvenis provehitur, seditioso vix populo sedato, & Jahia Jazzoque rebellibus caesis.

865 | 251 Milites autem factiosi Mutazum, Mote Wakkebis filium Samarvæ substituunt: Chalifam profugum Bagdadi obsident, & pacto ad abdicationem adigunt.

Hasenus Zeidi filius seditiosus e Tabrihana pellitur.

Hasenus alius Meccam obsidione cingit, neque tamen capit.

Mustainus autem manu sicarii trucidatur, & resecto primatur capite.

866 | 252 XXXIV. Mohammed Abu-Abdalla, Mutazzus Billa decimus tertius Abbasidarum, sequitur, fratre Muajido, cui Turcæ faverant, jugulato.

870 | 255 Post triennium dejectus imperio, & inclusus carceri fame perit, cum Michael Theophili filius Imp. præesset.

XXXV. Mohammed Abu-Abdalla



dalla Muhtades Billa, Watici aut *A. C.* *A. H.*  
 Watheki filius, surrogatus, Habibum  
 Zeughæorum Principem, qui sese  
 annos viginti pro Ali venditaverat,  
 rebellem habuit, neque potuit com-  
 pescere.

Chalifa Turcis tumultuantibus  
 fugatur, tandemque post menses, 871 256  
 quos imperarat, undecim truncatur;  
 bonus alias magnæque frugis homo,  
 & ab luxu alienus.

XXXVI. Ahmed Abulabbas  
 Motamedus Alalla, Mote Wakkeli  
 filius admovetur.

Habibus Zeughæorum rebellium  
 dux pugnis & deprædationibus 874 259  
 grassatur, urbesque occupat Sara-  
 cenis Ducibus aut repulsis aut cæsis,  
 eorumque profligato exercitu: Ipse  
 ex Alis profapia sese jactaverat, in-  
 ter Æthiopes collectis copiis.

Jaacubus etiam Alliti filius cla-  
 dem non unam intulit.

Habibus rebellium princeps ur- 883 270  
 bem suam & caput lanceæ affixum  
 perdidit, duce Muaffico Imper. fra-  
 tre.

Mohammed Hispaniæ Chalifa 886 273  
 mortuus filium Mundirum nanci-  
 scitur successorem.

Muafficus successioni proximus 892 279

C 5

ex-



*A. C.* *A. H.* exhalat animam; annoque post frater hujus Chalifa ex voracitate ac potu nimio velut totius imperii portentum.

XXXVII. Ahmed Abulabbas al Motadedus Billa Muaffici filius successit patruo, Chalifa ingenio magnus, populoque cuncto carissimus.

895 282 Hamadanem Arabiæ principem seditiosum domuit, sibi que filium Harumajæ, Præfecti Ægyptii, ne deficeret, adjunxit. Abusaidus Hamana Caramita rebellium caput capitur.

902 289 Ipse Chalifa Venere an veneno vitam & imperium novenne finiit. Ipse tamen poësi deditus, Vivis doctis & Consiliariis familiarissime utebatur. Tum enim magis magisque Philosophia & Medicina post Jo. Mesuen in pretio cœpit esse.

## CAP IV.

910 Saraceni Africani Apuliam, & Calabriaem invadunt.

913 Ad Lyrin Campaniæ fluvium, Saraceni Romanorum civitates vastantes vincuntur.

Sara-



SARACENORUM REGNUM. 43

Saraceni Fraxineto irrumpentes  
ad aquas usque pervenerunt, ubi  
Sagitus dux eorum cum toto exer-  
citu deletus est. 934

Genuam Liguriæ urbem Sara-  
ceni depopulati sunt, collectaque in-  
genti præda in Africam redierunt. 935.

Hugo Italiæ Rex Fraxineto capto  
Saracenam classem exusit. 941.

Radamirus Rex Galliciæ maxi-  
mum exercitum Saracenorum fudit  
in Hispania. 944.

Saraceni Calabriam, Apuliam,  
Lucaniam cædibus & incendiis re-  
plentes, virtute Alberici Hetrusci  
Marchionis represæ sunt, & in agro  
Minturnensi in Campania ad Lyrim  
fluvium superati, cum accessionem  
ad urbem Romam instituissent. 951.

Saraceni ex Gargano monte, in  
quem se contulerant, incursiones  
frequentes in finitimos faciunt, Be-  
neventum captum incendunt. 952

Veromandus Rex Hispaniæ cum  
Saracenis varia fortuna pugnat. 953

Otho primus, Germanorum Im-  
perator, Saracenos Italia expulit, &  
Garganum montem recepit. 969

Saraceni Consentiam recupera-  
runt, ex qua paullo ante ab Ungaris  
ejecti erant. 970.

Creta



977

Creta Insula Saracenis erepta, duces ipsorum capti sunt.

982

Otho secundus, cum Saracenis, quibus cum socia arma ex foedere Græci conjunxerant, in Calabria, magna sua clade confligit, Idibus Julii, fortissimis autem suorum interfectis, ipse fuga vix salvus evasit, peritus linguæ Græcæ à piratis se redemit. Delatus ad Siciliae littora, quadraginta ex iis, qui illum ceperant, interfecit.

Ad

## CAP. IV.

A. C.

A. H.

902

289

XXXVIII. Alis Abu Mohammed Moctaphi Billa paternum cepit imperium turbis domesticis diu jactatum.

Jahjam ergo Caramitam rebellionis satis infamen sustulit: Hoseinum etiam factiosum hominem represit.

905

293

Porro Alin Habibum seditionis Egyptiæ auctorem, & Zacranem Arabem rebellium ducem coercuit necatos.

Donec inter turbas, quas tulit sexennio, vitam & Chalifatum poneret, Princeps liberalitate, clementia & religionis studio magnus.

907

295

XXXIX. Gjafar Abul Fadlus Moctaphi

sta-



Etader Billa fraterno ponitur imperio, dum nec ephebis excefferat. A.C. 908 A.H. 296

Milites Abdallam Mutazzi filium creant equidem Chalifam; sed mox die altero strangulatum destituunt, & in verba Moctaderi denuo jurant.

Mundinus Hispaniæ Chalifa ubi excefferat vivis; Abdallam filium successorem consequitur: Abdalla vero demortuus Abdurrahmanem filium, qui primus Imperatorem fidelium ibi sese dixit.

Tum vero Fatimidæ occidentale imperium occuparunt; Africa, Sicilia, terrisque pluribus subactis: Primus eorum Chalifa Mohammed Mo-

hadis fuit, originem ab Ali Abutalibis filio mentitus. 910 298

Abutaberus Caramita invaluit collecto exercitu, captisque urbibus: Dailamæi etiam Wahsfuduco, Rege

novo imposito, & Sjahristana regia multisque provinciis subactis. 912 300

Moctadero deposito, ab militibus prætorianis Kaher Billa substituitur, mox iterum removendus. Denique

post biennium Moctaderus cæditur & amputato capite ad viam publicam humatur, ut annos imperii

XXIV. vitæ XXXVIII. expleverat. 927 315

Tum etiam nigro a Caramitis lapide 929 317

931 320



A. C. A. H. p. i. d. e. s. u. b. l. a. t. o. , t. e. m. p. l. o. q. u. e. d. i. r. u. t. o. M. e. c. c. a. n. a. d. e. s. i. i. t. p. e. r. e. g. r. i. n. a. t. i. o. N. o. m. e. n. a. u. t. e. m. T. a. t. a. r. o. r. u. m. & B. o. l. g. a. r. o. r. u. m. i. n. h. i. s. t. o. r. i. a. S. a. r. a. c. e. n. i. c. a. i. n. c. l. a. r. e. s. c. i. t.

933

322

XL. Mohammed al Mansur al Kaher Billa, Mutadeti filius capessit imperium, Ahmede Moctaphis filio ad carceres damnato; sed deponit illud citius, ubi per annum gesserat, traditque Ahmedi Billæ, Moctaderi filio, quem milites præposuerunt.

Ipsè postea paupertimus interque mendicos in templo publico versans intra septendecim annos obiit; neque semel hac emissa voce: *O homines date mihi! Fui ego nuper Chalifa vester, unus sum pauperum vestrorum.*

XLI. Ahmed Abulabbas Arrades Billa, filius Moktaderi patruo surrogatur (ceui diximus) eodemque anno Mutades mortuus Fatimida Cajimum filium Chalifam Muhaddiæ relinquit.

934

323

Mardevvinus Dailamorum Chalifa ex vivis tollitur, & Amodudonæ, piscatoris Lovvai filio, plus terrarum in Persia & virium accedit.

935

324

Arradis Billa Mohammedem Abubecrum Rajici filium, rebus geren-

ren-



rendis præpositum *Imperatorem Imperatorum* constituit, aperto, quem dicturus subeat, suggestu, vexilloque tradito. A. C. A. H.

Mox Præfecti urbes, quibus præerant, terrasque sibi asserunt in Asia, Ægypto, Africa, Persia & Arabia; *Chalife Bagdadum subest unicum, & vectigalia negantur, Chalfatu penitus comminuto.*

Scriptura Cufensis auctore Abuali 937 ad Arabes transfertur, & a filio Bavvahi perficitur ad elegantiam majorem. 326

Mohammede Abubecro Rajici filio, repulso Jahcanus Turca præponitur, induciis cum Rom. Cæsare factis.

Dum Bovvaidæ, triga fratrum, novum in Persia dominatum occupant, Abubecrus Rajici filius, Emisfa, Damasco, Ramlaque captis, Syriam subegit. 939 318

Arraes ex hydrope obiit Chalifarum reapse imperantum ultimus: *Succesuris nihil nisi nomen & titulus relinquebatur, dum Reges ubique prævaluerant.*

Milites tumultuosi templum Resurrectionis Hierosolymitanum, & Ascalonense magnificentum diripuerunt. 940 329



A. C.

A. H.

XLII. Ibrahimus Abu Ishacus al Mostaki Billa nomen Chalifæ, quod frater gesserat, suscepit, vim nominis Jahkamus Turca retinuit.

Mostaki a Scythis, quos invaserat, in venatu cæditur: Summa rerum Cutilino, denique Abubecro & Haseno Nasiruddanlæ committitur:

943

332

Hunc autem Tuzanus principatu exuit.

Græci Diarbecram & Mesopotamiam irruerunt, captis urbibus: Roha ergo mantile seu linteum, cui Christus faciem impressisse dicitur, Abgaro transmissum, Constantino-  
polin deportant, ceu aureum vellus.

944

333

XLIII. Abdalla Abulcasim al Mustacphi Billa Tuzunem Turcum, quo emerferat auctore, sibi adjungit socium. Sed Maezzoddanlas Bovvaides occupat Bagdadum, Turcos exterminat, & Mustacphin oculis orbatum dejicit, anno primo imperii elapso.

945

334

XLIV. Fadlus Abulcasim al Mosti Lilla, Mostaderi filius, ab Moezzoddanla, adsumto socio, provehitur.

Abubecrus Achsjidus, Syriae Rex Ægyptique decesit, qui 400000. militum in castris, & 8000. Mam-  
lucis.



SARACENORUM REGNUM. 49

Iuuccorum in suis ministeriis fovisse dicitur. A. C. A. H.

950

339

Duobus præliis inter Constantinum Domesticum Imp. ac Saifuddanum acerrime concutitur, & magna utrinque strages editur. Græci Octennio post Abufarasum Saifaddanlæ patrum in venatu capiunt, captumque Constantinopolin ducunt.

Porro Halebum occupant, Saifaddanla in fugam verso, ejusque thesauris omnibus direptis; postea Missisum Tarsumque in Asia minori, captivis denique dimissis. 963 352

Saifaddanla mortuo, Imp. doctorum amatissimo, filius Sjarifus Ducum & militum suffragio succesit.

Muazzus Lidinilla, Fatimides, Cairavvani Dominus, Duce Gaiharo Ægyptum subigit, & publica pro Abbasidis oratione abolita Alcahiram hujusque arcem regiam struit. 968 358

Ex quo Saraceni Ægyptum ceperant, huic Amiri CXII. Chalifarum nomine per annos 337. præfuerunt: Postea Chalifæ Phatemi-dæ (sic Pocockius legit) undecim per annos 208. ad A. H. 567.

Græci Diarbecra iterum exterminantur, & Domesticus Rom. Imp. captus in vinculis exspirat. 973 363

D

Mo-



- A.C.** **A.H.** Motius Lilla Abalkerimo filio tradit imperium, orta Sebektekini Turcici cujusdam hominis rebellionem.
- 974** **364** XLV. Abdulkerim Abubecrus al Taijus Lilla simul ut patri adhuc superstiti succedit, proximum sibi Sebektekinum sociat: Illo autem ac patre mortuo Turci Aftekinum Sjarabæum Damasci substituunt.
- 976** **366** Zimisces Imp. Rom. Asiæ urbes aut cepit, aut pecuniis emunxit, mortuum propior.
- 976** **366** Muazzus Lidinilla, Fatemida, obiit, Azizo Billa in Chalifatum Ægyptum successore.
- 987** **377** Hafenus Abualis Rucnoddanlas Bovvaides tribus filiis regna partitus, vitam finiit. Adaddantes autem Bovvaides primus à Tajo Rex dicitur in Sugestisque *Sjabensja, i. e. Rex Regum maximus*: Huic mortuo filius Murzabanus succedit.
- 988** **378** Aftekinus Damasci dominatu rursus excidit: Abulfavvarus autem Rex Persidis Jrakeque a Tajo creatur, no nomine Sjahensjahum addito.
- 988** **378** Sterus & Phocas e Ducibus Imp. Basiliæ rebelles Russis accurrentibus victi prosternuntur, Russique Christianam cum Græcis religionem adpro-

pro-



SARACENORUM REGNUM. 51

probant. Bulgari vero terras Rom. imperio subjectas obruunt : Motus terræ Constantinopolin Nicomediam, & Antiochiam valde quatiunt. A. C. A. H.

Halebum ab Ægyptiis obsesum 991 381  
Imp. Romanus vindicat. Tadjus autem Lilla imperio exutus, ad carceres damnatur, & Kader Billa ei sufficitur ab Rege Bovveida Bahajud-danla.

XLVI. Ahmed Abulabbas al Kader Billa, Ishaci filius extollitur, ducta Sekina, Bahainddanlæ Bovvaidæ filia : Chalifatus adeo Regum arbitrio subiacebat.

Azido Ægyptio Chalifæ mortuo 996 386  
Hakemus Biamrilla Phatemi-darum tertius succedit, Walido Ommiade, cum exurgeret, necato.

Luluus Damasci Regulus, & Abunafus ex Bovvaidarum profapia decedunt: Alpharabius autem Medicus, Albategmus Aractensis, & Thebit, Astronomi multa laude florent.

CAP. V.

Alphonfus Hispaniæ Rex, Sara- 1000  
cenorum præsidium quoddam, nomine Viscum, obsidens, sagitta Da per;



percussis, vitam cum morte commutavit.

1007

Saraceni duplici exercitu Italiam ingressi, Capuam ceperunt, Barum obsidione presserunt.

1009

Saraceni Asiatici Hierosolymam occuparunt.

1013

Henricus secundus Germanorum Imperator Saracenos Capua expulit, & duces quosdam eorum partibus faventes, gravi bello persecutus est.

1018

Calyphas Ægypti Præses Saraceno exercitu, & Turcico, ( qui tum Persidem occupaverant ) adjutus, templum Domini Hierosolymis diripuit & spoliavit.

1048

Calypha mortuo, Imperator Constantinopolitanus cum Dobire filio, & successore ejus fœdus iniit, & ejus permisso Dominicum templum instauratum est.

1056

Robertus Nortmannus Capuam a Saracenis obsessam liberat, & Græcos cum eis confœderatos Calabria ejicit, Sacerdotibus tantum relictis.

1060

Antiochiam & Cæsaream vexantes Saraceni repressi sunt.

1094

Reinaldus, unus e Christianorum ducibus in oppido Syriæ obsessus, deditioe facta fidem abnegat.

1095

Ad Cinitum oppidum ultra Bospho-

pho-



perum Thracium multi Christiani  
a Saracenis occisi sunt.

Ex Hispania Gallia, Anglia, Sco- 1096  
tia, Dania, Lotharingia, Alemaniam,  
Burgundia, Lombardia, Italia, multi  
exercitus, contra Saracenos in unum  
confluxere, animo exturbandi illos  
ex Hierosolymis, & tota terra san-  
cta.

Prædicti exercitus apud Niceam 1097  
urbem duabus stragibus Saracenos  
fuderunt: Receptæ quoque sunt  
Eractea, & Tarsus.

Christiani ex Antiochia expulere 1098  
Saracenos, quam obsederunt men-  
sibus undecim. Hostium centena  
millia occisa, quod prælium commis-  
sum est, quarto Calend. Julii.

In agro Hierosolymitano bellum à 1099  
Christianis contra Saracenos com-  
missum est, & Dei benevolentia Sa-  
raceni victi, Hierosolyma à Chri-  
stianis recuperata, Idibus Julii  
mensis.

Gotfridus Bolionius Remensis,  
Lotharingæ Dux, qui primus muros  
adscenderat, Rex Hierosolymorum  
à Christianis victoribus creatur.

Eodem anno Saraceni duce Caly-  
phala Babylonio, cum centenis mil-  
libus



libus equitum, & quadringentis mil-  
libus peditum, contra Christianos  
paraverunt exercitum. Christiani  
autem quinque millibus equitum, &  
quindecim millibus peditum victo-  
res extitere, centum millibus viro-  
rum occisis, & Hierosolymis con-  
servatis.

Ad

A.C.

A.H.

CAP. V.

1011

402

**P**enes Bowaidas igitur vis regia  
sequenti quoque seculo, penes  
Abbasidas nomen Chalitarum ho-  
norabile remansit.

Kader Billa diploma publicum e-  
misit, eoque Chalifis Ægyptiis pro-  
geniem Charisæam ab Ali diversissi-  
mam exprobravit.

1016

407

Bulgaria Rege suo perempto Imp.  
Rom. Basilio subjicitur.

Pleudo prophetæ Ægyptii Mo-  
hammed Danaræus & Hamza Ha-  
kemus sese Deum populo persua-  
dent: Hinc nova Dararæorum secta  
Tyri ac Sidone inclaruit.

1020

411

Turbis & cædibus omnia misce-  
bantur. Hakemus Chalifa Ægy-  
ptius dolo sororis interficitur, hujus  
filius sævus, impius & suis infensus  
principatum occupat.

Sali-



SARACENORUM REGNUM. 55

Salibus, Mordasi filius, Halebum *A.C.* *A.H.*  
vi capit maxima & Balabecum, in  
pugna post annos quatuor necatus:  
Siabbuddanlas autem filius ei suc- 1024  
cessit. 415

Tum vero Kader Billa miseriæ 1030  
pertæsus vitam finiit, anno Chalifa-  
tus XLI ætatis LXXXVI. Hujus  
tempore Abu Ali al Hofain ebu Si-  
na, h. e. Avicenna (quem vocant)  
foruit, lector Aristotelis & inter-  
pres optimus, & Alpharabio proxi-  
mus, nec in sola Philosophia sed et-  
iam Medicina princeps Arabum. 422

XLVII. Abdalla Abugjafar al  
Kayem (Cajimus Erpen.) Romril-  
la Kaderi filius nomen Chalifæ susci-  
pit, ex more imperium Ghalalud-  
danlas Bovvaida, dictus Sjahensjah-  
ma, i. e. *Rex Regum maximus.*

Tum temporis Selghukidæ prin- 1038  
cipes in regno Turcico emerferunt. 430  
Selghuk enim Dacaci, qui ad Mo-  
hammedanos transit, filius, Tur-  
corum exercitui præfectus, cum sibi  
cædem metueret, ad Haronem Gha-  
biæ Regem aufugit, belloque Tur-  
ciam premit, in acie succumbens.  
Michael autem filius novo par prin-  
cipatui ab Mahmudo Indiæ Rege in  
vincula conjicitur. Uterque cum  
D. 4 obiisset,



- A.C. | A.H. obiisset, Mahmudo filius Masudus,  
& Michaeli Togrulbecus sufficitur.
- 1041 | 433 Hinc bellum nascebatur, varia per  
duos annos clade accepta pariter &  
illata, donec Masudus occumberet,  
fratremque Mohammedem legiti-  
mum successorem, eoque cæso Mau-  
dudum patrum haberet.
- 1048 | 440 Abucalamgharus Bagdadensium  
Rex mortuus relinquit filium Abu-  
nasrum ex Boyvaidis ultimum. To-  
grulbecus enim Chalifæ Kagemo  
contra Busarasæum Turcam fert au-  
xilia, Rege in vincula coniecto, &  
imperio Boyvaidarum, quod annos  
CXXII. steterat, destructo.
- 1055 | 447 Kayemus sororem principis Selg-  
hukidæ duxit, dote aureorum  
100000. regia locupletissimam:  
Biennio post Togrulbecum in utra-  
que Traka & Chorasana Regem,  
collatis insignibus, corona scilicet,  
armillis, torque Bagdadi renunciat.
- 1058 | 450 Togrulbeco Mausilam digresso,  
Turca Basarassæus Kagemum de-  
posuit, Mustansiro Billa Agyptio  
ad imperium provecto. Togrul-  
becus redux Kagemum ex vinculis  
ereptum restituit, Ibrahimmo fratre suo  
ob rebellionem & Basarassæo cæsis.  
Togrulbecus Chalifæ filiam  
sibi



sibi poscit uxorem, ac ægre obtinet, A. C. 1063 A. H. 455  
 eodemque anno septuagenarius ex-  
 spirat. Successor hujus Olbursalum  
 Adaduddanlas, fratris filius pote-  
 statem regiam & Halebam occupat:  
 Græcos clade afficit magna, ipse  
 tandem ab Josepho arcis Bagdaden- 1071 464  
 sis præfecto tribus ictibus necatur,  
 cum novem annos præfuisset, fili-  
 umque Melicsjamum Gjealuddan-  
 lum posceret successorem.

Triennio post al Kagem Biamrilla 1074 467  
 mortem oppetit anno Chalifatus  
 XLIV. ætatis LV. Princeps eruditus,  
 sapiens, probus, sincerus, & pius.

XLVIII. Abdalla Abulcimus  
 Muktades Billa, Mohammedis filius,  
 avo sufficitur, Chalifa strenuus, cujus  
 nomine Bugdadi, Hierosolymis, in  
 Arabia æque ac Syria oratum fuit.

Rex Bagdadensis Isaro Damasci 1077 470  
 Domino tributum annuum extor-  
 quet, vitamque postea & urbem adi-  
 mit: Nisum rebellem compedibus  
 constrictum detinet castello: Ha-  
 lebum Syriamque subigit: Batjinam 1092 485  
 vero seditiosum exercitu 70000.  
 militum valentem non potuit coer-  
 cere: Donec Rex ille Gjeladdud-  
 danlas imperio annos viginti, vita-  
 que triginta septem exegerat, Rex

D 5                      opti-



A.C. A.H. optimus, & salutis publicæ cupidissimus.

Pater Mahmudi, puero quinque annis nato destinatus, & Chalifa vindicat successionem, corona ensaque solenniter accincto.

1094

487

Barkiarucus frater natus maximus sese opponit, Mahmudumque dejicit. Tum vero Moktades Chalifa novi regis inauguratione functurus concidit, exspiravitque.

XLIX. Ahmed Abulabassus al Mostadher Billa filius parentem sequitur, & Barkyaruko nova inauguratione regnum asserit. Tagjaddanlu patruus tumultuans in pugna occubuit, duobus inter turbas filiis succedentibus.

Mustanser Billa, Rex Ægyptius defunctus Ahmedem Mostaphia Billam filium successorem habet.

1098

493

Christiani Antiochiam, Tripolin, & Hierosolymam occuparunt, magna hostium strage tum edita, & templi Saracenicæ everfione.

Mohammedes interim Barkyarukum bello appetiit: sed repulsus in Armeniam migrat, & Ispahanæ acrius obsidetur: Re tamen infecta Barkyarukus iterum discedens, Bagdadum repetiit.

Inter



Inter hæc domestica Saracenorum *A. C.* | *A. H.*  
bella, & Imperatorum disfidia infi-  
nita conduntur Academia, Colle-  
gia, Virique paucim eminent docti,  
Razis, Avicenna, Abul Hofain,  
Gjeuhari, pluresque.

## CAP. VI.

Gotfridus Aſcalonem cepit, ma- *1100*  
gnoque auri pondere ibi poti-  
tus est. Eodem anno Gotfridus mo-  
ritur, cui succedit Balduinus fra-  
ter.

Balduinus magna ſtrage vincitur, *1102*  
& vix fuga incolumis evadit. Ra-  
mæ mœnia, in quam reliquiæ ejus  
confugerant, ab hoſtibus diruun-  
tur.

Boemundus Apuliæ Rex cum cæ- *1103*  
teris in expeditionem Hieroſolymi-  
tanam profectus, a Saracenis capi-  
tur, & poſtea a Tancredo nepote  
ſuo liberatur.

Chriſtiani Accaron civitatem Pa- *1104*  
leſtinæ, quam alii Ptolemaida ap-  
pellant, poſt vigefimum diem obſe-  
ſionis capiunt.

Magna pars Saracenorum a Chriſti *1105*  
fidelibus deleta eſt.

Eo.



Eodem anno Alexius Imperator Constantinopolitanus conditiones pacis a Balduino oblatas, accipere cogitur.

1106

Balduinus Berythum & Sidonem, urbes maritimas subigit.

Apud Carrhas seditio inter Christianos Principes orta, maximo illis damno fuit. Irruentibus enim in illos ex improvise hostibus, quidam capti, quidam duces fugati sunt, exercitu misere destituto. Hanc notam paulo post recenti de Saracenis victoria emendavit Balduinus.

1113

Saraceni in regnum Hierosolymitanum ex Perfide incurrentes, Regis copias forte oblatas fugant, & cadunt.

1115

Tancredus, qui patrum suum a Saracenis liberaverat, ad montem regalem ab hostibus vincitur, & occiditur.

1117

Pisani inter Hetruscos nobiles populi, Saracenos ex Balearibus insulis, armis ejecerunt.

1118

Balduino secundo Hierosolymorum Rege mortuo, alter eiusdem nominis succedit, qui Regem Persarum devicit, atque occidit: Damasci Regem fugavit. Sed Parthorum Rege sibi resistente, & illos ulcisci

cisci



cisci volente, Balduinus capitur, & vinctus ultra Euphratem custodiae demandatur.

Balduinus post octavum & decimum mensem insidiis e carcere liberatus ad suos revertitur.

Venetorum clasfis in Syria Saracenis molesta fuit. Dominico Michaelle duce, qui Tyrum & Joppen cepit. Fuerunt Venetis propter merita & virtutem concessa magna privilegia.

Pugnatum contra Christianos est quadringentis millibus militum, quibus occurrerunt tribus millibus virorum Christiani, & Dei benignitate, septem millibus hostium gladio caesis, & quinque millibus aquis suffocatis, Christiani victoriam consecuti sunt.

In Syria Christiani duabus stragibus fudere Saracenos, ubi in prima pugna duo millia Saracenorum, & quingenti desiderati; In altera, quamvis uterque exercitus afflictus est, Christiani tamen victores extitere.

Rex Ascalonitarum a Balduino repressus; Rex Damasci tribus praeliis victus.

Balduino tertio Rege Hierosolymitano

1119

1122

1125

1127

1129



- 1130 mitano e vivis sublato, Fulco quartus Rex constituitur.
- 1131 Tripolitanus Comes proditus occiditur. Fulco Rex ab hostibus fugatur, & iniquas conditiones, ut ex obsidione liberaretur, accepit.
- 1133 Christiani Aegyptiis felici Marte resisterunt.
- 1139 Ascalon a Christianis recuperatur.
- 1142 Fulco quartus Rex Hierosolymis, insequens leporem & ex equo decidens, efflavit animam: Cui successit Balduinus filius, qui quintus Rex fuit.
- 1143 Urbs Edissa, & tota fere Mesopotamia a Saracenis, & Alapho duce Turcarum, qui jam in oriente magni nominis erant, devicta est, multa & miserabili Christianorum strage edita, matronis in æde Divi Joannis Baptistæ supra altare stupratis.
- 1144 Balduinus III. quintus Rex Hierosolymorum, Gaza & Ascalone Saracenos ejecit, & apud Hierichunta Noradinum Damascenæ militiæ Principem, quinque millibus hostium interfectis, vicit & fugavit.
- 1145 Emanuel, Constantinopolitanus Impe-



Imperator, exercitus Christianorum contra Saracenos euntes, multis insidiis fatigavit, ne quid utile Christianæ Reipublicæ efficerent.

Rogerus Siciliae, & Nortmannorum Rex Saracenos Africanos Rege ipsorum capto, ad triginta annos sibi tributarios reddidit.

1146

Eodem anno Conradus secundus Imperator ingentes copias pugnantium contra Saracenos parat, sed pugnat infeliciter.

Ludovicus Rex Galliae contra infideles maximam vim militum cogit.

Ex Flandria, Anglia, Lotharingia, Germania magna, instructis ducentis navibus bellum contra Saracenos institutum est.

1147

Hoc anno Conradus Imperator transmissis feliciter Bosphoro; prope hostes accessit, & expugnavit Iconium; Verum deficiente comœtu, & (ut nonnulli asserunt) frumento a Græcis gypso corrupto, coactus est continere cursum, & copias reducere. Quo cognito Saraceni a tergo insequentes, aliquot hominum millia trucidaverunt.

Eodem anno confluit ad Imperatorem Rex Franciæ, adjuvandi illum studio



studio, sed exercitu fame confecto nihil præclari actum est.

Eodem tempore Veneti instructa classe profecti sunt in Asiam, operam laturi Imperatori, qui Saracenis bellum faciebat.

1148.

Hispani expulsis Saracenis, Almariam, & Tortosam, turrigeras urbes recuperarunt.

Eodem anno Damascus a Syris, Gallis, Alemannis & Hierosolymitanis oppugnata est, ac extremi muri diruti, cumque jam spes esset potiundæ urbis, & expugnandi Saracenos, exorta dissensione inter Principes, quisque convocato suo exercitu, ab oppugnatione destiterunt.

1149.

Rex Antiochiæ Raimundus cum toto exercitu deletus a Saracenis est, omnique terra ejus devastata; sola Antiochia a Rege Hierosolymorum ægre servata est.

1151.

Rex Hierosolymorum Balduinus, Ægyptios ac Babylonios fudit.

1158

Saraceni ex Almaria armis profligarunt Hispanos.

1159

Balduinus multas civitates, ejectis Saracenis, in pacem, & libertatem restituit.

1164

Moritur Balduinus Hierosolymitanus



SARACENORUM REGNUM 65

tanus Rex, subrogatusque est frater  
ejus Almericus, sextus Rex.

Almericus in Ægypto clara con- 1170  
tra Saracenos potitur victoria.

Idem Rex Damiatum obsidet, sed 1171  
malis conditionibus inicit pacem.

Saraceni Africani plurimas fece- 1172  
runt excursions in Hispaniam.

Almericus Hierosolymorum Rex 1175  
febri extinctus; Balduinus filius ejus  
in Regem ungitur, septimus Rex.

Balduinus Saladini Ægyptiorum 1177  
Regis copiis bis victis, & deletis,  
multum auri Hierosolymis intulit.

Filia Regis Saracenorum, quæ 1180  
Pagano Principi nupserat, Rege  
Siciliæ in mari, cum sponso domum  
deduceretur, capitur.

Eo anno Christianæ religionis Pro-  
fessores, qui Hierosolyma inhabita-  
bant, vincuntur.

Maximis impensis ac sumptibus 1181  
Carthago a Rege Saracenorum Mau-  
samuntho instaurata est.

Balduinus septimus Rex in 1184  
Hierosolymis, quem lepra in-  
fecerat, absque hærede vita  
excedit. Nepos ejus ex sorore  
Balduinus nomine, Rex quidem  
declaratur, sed fatorum invidia ex  
illo honorum gradu eripitur, cui suc-

E cessit



cesfit octavus Rex Guido Lusignanus.

Inter Guidonem Hierosolymitanum Regem, & Raimundum Tripolitanum Comitem orta dissensio, causa extitit, ut Christiani in extremum discrimen inciderent.

1186

Congressi Christiani cum exercitu Saladini Regis, viginti millibus, ac quingentis suorum interfectis, misere occumbunt. Guido Rex capitur, Tripolitanus Comes subitanea morte extinguitur.

1187

Octoginta & octo annis, cum Hierosolyma a Christianis habitata essent, hoc anno Regi Saracenorum, occiso Patriarcha, & expulsis Christianis, deditione traduntur, die secundo Octobris.

1188

Eo anno universam Judææ regionem hostis Saracenus Christianis eripuit, Tyro, Tripoli & Antiochia vix conservatis, ductu & auspiciis Marchionis Montferratensis.

Fridericus Romanorum Imperator cum Friderico filio, Philippus Galliæ, Richardus Angliæ Reges, cum plurimis aliis Principibus, in comitiis decernunt, relictis in Judæa Christianis subveniendum esse. Instruitur bellum: Fridericus Imperator



rator deductis in Syriam copiis, Armeniaque minore recepta; æstatis tempore lavandi causa Selephium omnem ingresus, periit.

Factum hoc in die Barnabæ Apostoli, qui est duodecimus Junii; In-testina Antiochiæ; corpus Tyro est conditum.

Exercitus Imperatoris male dissipatur.

Eodem anno Danica & Flandrica clasfis Africana littora infestant, Sylva urbe capta & incensa.

Guido collectis copiis Aconem, olim Ptolemaidem dictam graviter obsidet: Sed Saladini astutia semper vincitur; magna clades Christianis illata; morbo, fame; armis.

1189

Sibyllæ Guidonis uxor cum quatuor filiis in castris moritur dysenteria.

Angliæ & Galliæ Rex conjunctis suis naribus cum Guidonis exercitu, Aconem oppugnant.

1190

Acon post biennalem obsidionem conditionibus sese dedidit.

1191

Inter Philippum & Richardum Reges simultate orta, copiæ disjunguntur, ex Rex Galliæ domum rediit. Angliæ autem Rex diutius

1192



aliquantulum experiebatur belli fortunam, sed frustra.

Eodem anno Venetæ quoque, & Pisanae clasfis disjunctio, Christianæ Reipublicæ perniciofa fuit, quia & ipsæ discessum parantes, odiorum causas domum secum attulerunt.

1193

Sultanus Saladinus Imperator Saracenicæ gentis, rebus gestis, moderatione, & fortitudine insignis, efflavit animam, filiis ejus regnum inter se dispertientibus.

1195

Saraceni Africani in Hispaniam irruentes, binis, ut nunc sunt, regnis potiuntur, Castellæ & Granatæ.

1198

Henricus Imperator Moguntino Archiepiscopo, & Othone Duce Saxonix, belli Præfectis, ac plerisque aliis magni nominis viris, novas instruxit copias contra Saracenos, & receptis ad certum numerum civitatibus, constituunt Christiani Regem Hamericum nominatum. Fuit in eadem expeditione Hermannus Landgravius Thuringiæ. Henrico Imperatore mortuo, duces modo dicti, victoriam desperantes, in Germaniam revertuntur.

Ad



Ad

## CAP. VI.

Sic idem Chalifa, idemque Selghukides regno Bagdadensi præfuit: Damasceno autem & Halebenſi, ut fortuna tulit, imponebatur alius.

Veneno Dacecus Damasci periit, 1103  
 successorem filium Abubacum na- 497  
 ctus. Halebi autem Roduvvarro  
 filius quidem Tagjaddanlas succes-  
 serat, eo tamen extincto Lullus fa-  
 mulus urbem occupat; Hoc casu  
 Abumeal, tandemque Arycus, Prin-  
 cept Bulgarus.

Barkyaruko mortuo filius Gjelud-  
 danlas debebat suffici: Frater autem  
 defuncti Mohammedus subigit Bag- 1104  
 dadum, sibi que inaugurationem a  
 Chalifa obtinet, a Principe Sadeka  
 casu Hellam, urbem munitissimam,  
 cui annos XXII. imperaverat. Vi-  
 vere tandem & ipse desiit, Mahmu-  
 do filio Abulcaseno regnum thesau- 1117  
 rumque regium relinquens. 511

Post menses quatuor anno im-  
 perii XXIV. ætatis XLV. Ahmed  
 Mostader obiit, Chalifa humanita- 1118  
 te, prudentia, doctrina & doctorum  
 amore præstantissimus. 512

Hucusque Historiam Elmacini ab

E 3

Et-



A.C. | A.H. Erpenio versam in rebus Saracenicis & ordine annorum sequimur: Quæ vero quia nunc deficit, posthac Gregor. Abul Pharaji historiam e Dymastica potissimum nona, & ineditas Elmacini, quas Hottingerus ex Manuscripto Heidelbergico supeditavit, narrationes, quousque licet, sectabimur. Neque tamen præteribimus, quicquid ex aliis Arabum scriptoribus huc spectabit.

L. Fadlus Abu Mansor al Mostarschedbilla patrium Chalifatum suscipit eodem anno, quo Bardwin (sic Arabes eum vocant) sive Baldwinus Hierosolym. Rex Ægyptiacæ immortuus expeditioni, suam provinciam S. Ægydii Comiti, Rohensi seu Edesseno Dynastæ commendaverat.

1120

514

Chalifa fratrem Abulhasenum sui regiminis turbatorem in vincula conjecit: Ipse ab Masudo Mahmudi fratre postea dejectus, & Sanghari patris jussu tandem dignitati pristinae restitutus.

1129

525

Idem Mahmudo mortuo Masudum armis persequitur, Irakamque sibi vendicat: Donec captus ad certas conditiones adigitur, tandemque Sanghari Sultani jussu, cum a Bate-



Batenianis tumultuantibus viginti *A. C.* *A. H.*  
 accepisset vulnera, naribus auribus-  
 que præcisus contumeliose periit,  
 Princeps ingenio durus & strenuus. 1134 529

LI. Abu Jaafar al Mansur, co-  
 gnomine Rasched billa sumto in pa-  
 tris misere truncati locum provehit-  
 tur, Masudo assentiente.

Cum partes Masudo Sultano  
 contrarias post annum teneret, Ata-  
 becoque Mauselensi Domino adhæ-  
 reret, tanquam sanguinarius e pu-  
 blica Procerum sententia remotus a 1135 530  
 gubernaculis pulsusque fuit. Ergo  
 Mauselam sese recepit, inde Spaha-  
 nam, ubi a famulis suis necatus oc-  
 cubuit anno ætatis XXI. fascibus  
 diu gerendis & vita longiore digni-  
 or. Elmac.

Hujus tempore Abu ibn Raschid  
 i. e. Avenroes, quem Latini vocant,  
 floruit, Avicennæ æmulus, Cordu-  
 bensis apud Hispanos Medicus &  
 Philosophus, nec non Aristotelis  
 Commentator ad Hispanos ex A-  
 rabilia digressus. *Hæc fuit literarum  
 & artium restitutio in occidente per  
 Arabes facta.*

LII. Mohammed al Mektaphi  
 beamrilla, Mostadheri filius, con-



**A.C.** **A.H.** sensu Principum direptam exulantis  
patruī sedem occupaverat.

1144

539

Atabecus Zengius, Mansilæ Sy-  
riæque Dominus, Roham seu Edes-  
sam Christianis eripuit, ipseque non  
ita multo post in obsidione Zaaba-  
ris Castelli a suis perimitur.

Apud Ægyptios summa rerum  
fuit penes Amirum Biach-Kamilla,  
eoque trucidato penes Abdolmah-  
barem Haphetum Iedinillah: Cui  
Fadlus bellorum dux socius erat.

1160

555

Bellis dum tota fervet Asia,  
Chalifa, sororem Sultani Fatimam  
toto adsociat, & in Eruko solus im-  
perium gerit; tandemque anno  
XXIV, finit sexagenarius: Princeps  
strenuus, liberalis, & disciplinarum  
liberalium studiosissimus.

LIII. Joseph Abul Mutfer al Mo-  
stanjed billa mox destinatam sibi a  
patre dignitatem sustinet fratre Abu  
Ali æmulo, ac matre pellicum una  
in carcerem coniectis.

Anno post Chalifa Ægyptius Dha-  
pher Ismael obiit, successorem al  
Aded ex Aliadis postremum nactus,  
& Faizum Ægypti Præsidem. Re-  
ges quoque suos Bagdadum, Hale-  
bum, Damascus Sultanorum nomi-  
ne



ne non sine turbis & mutationibus habuerunt. A.C. | A.H.

Vita denique Juseph excessit, anno Chalifatus undecimo, ætatis sexto & quinquagesimo, cum æger decumberet, jussu Procerum in balneo extinctus, Princeps justitia, poësi & scientiarum amore magnus. 1170 | 566

LIV. Abu Mohammed al Hasan al Mostadi beamrilla patrem secutus, liberalitati justitiæque studuit. 1171 | 567

Adedo mortuo Mostadi nomen Ægyptia suggesta personat: Ægyptum vero Syriam & Mesopotamiam tum tenuit Naroddin Mohammed ebn Zengi, Rex optimus & laude dignissimus. Patri post biennium demortuo successit filius Al Malec ol Saleh Ismael undecim annos natus, rebusque postea gestis nulli secundus. 1173 | 569

Atedus (al Aded) ledinilla Phatmidarum, qui per CCVIII. annos præfuerant, Chalipharum in Ægypto ultimus, decessit, devoluto ad Jobidas imperio. Nam prima regum familia Jobidas octo continet ad A. H. 648. qui origine Cordi fuerunt. Jusephus itaque Salohodinus, Jobi filius, cognomine Nazirus, quem Saladinum prædicant, 1179 | 575

E § re



A.C.

A.H.

rerum gestarum gloria victoriisque multis eminent.

Denique al Mostadi vita & imperio decessit, ubi annos novem Chalifa, & annos undequadrageinta natus fuerat, turbis bellicis persape actus,

Metempsychosis ( quam Attanafech vocant Arabes ) plurimos Ali posteros, ipsosque adeo Chalifas Aegyptios invasit: Elmacinus hunc errorem Nestorianis quoque tribuit.

LV. Filius huic Abul Abbas Ahmed al Naser ledinilla sufficitur, oppresso Ebnol' Attar, qui Chalifatum irreperat, & custodia, donec obierat, incluso.

1183

577

Salahoddinus Jobida regni & religionis instauratorem ut sese præbeat, e Circassis ad Mœotida paludem habitantibus mancipia sibi coëmit, ex iisque milites creat, Mamlucorum nomine.

1187

583

Idem Salahoddinus duce Togteino fratre famam seu felicem Arabiam; ipse præsens Mesopotamiæ arces expugnat, Mausela inhaßum obseßa. Porro Halebo, Tiberiade, Accaque captis Hierosolymam diu circumseßam certis conditionibus occu-

occu-



SARACENORUM REGNUM. 75

occupat: Inde progressus ad Syriae A. C. | A.H.  
urbes, a Tyro repulsus fuit.

Auxiliares Anglorum & Gallo-  
rum copiae Accam recuperant, fu-  
soque Moslemiorum exercitu ad in-  
ducias Salahoddinum redigunt.

Salahoddinus cum morte vitam 1192 | 589  
& imperium commutavit, Princeps  
gerendi belli peritissimus, & Chri-  
stianae per omnem Orientem rei-  
publ. pestis.

Successorem habuit natu mayo-  
rem filium al Aphdad Nuroddinum  
in Damasco & maritimis regionibus,  
in Aegypto al Malec al Aziz; in Ha-  
lebo ad Malec al Dhaher Cazi.  
Frater autem Saladini exercitu Me-  
sopotamiam petit, eamque ab irru-  
ptione Ezzoddini Manselensis Regu-  
li tuetur.

Alphonsus Rex Hispaniae Toleta 1198 | 595  
nus regem Mauritaniae Jacobum ebn  
Juseph ad bellum provocat, clade  
affectus haud exigua: Sed copiis  
adjutus Francicis urbes Hispaniae  
plures in potestatem redigit.

Soliman Schah, Salghuki durum  
penultimus dum Chorasanæ inhiat,  
profligatus, Bagdadense regnum &  
vitam pariter amittit: Quæ pe-  
riodus hujus familiae fatalis.

Filiis



**A.C.** | **A.H.** Filiis Saladini bello mutuo con-  
 1199 | 596 gressis, patruus al Adel Ægyptum  
 occupat, Azizo mortuo, & Aphdu-  
 do, quem populus accersiverat, re-  
 pulso. Duo tamen superstites filii  
 Damascum patruo ereptam terras-  
 que vicinas sibi vendicant.

Status rei litterariæ Arabicæ tum  
 adhuc florentissimus mansit inter  
 Chalifas, Reges, Philosophos, Me-  
 dicosque; quanquam respubl. Sara-  
 cenicæ corruerent.

## CAP VII.

1200 **S**araceni post captam crudeliter  
 Joppen, sævierunt in omnes Chri-  
 stianos.

1202 **A**fricani Saraceni utramque Hi-  
 spaniam igne & cæde vastarunt, ex-  
 cursionibus in Galliam quoque  
 factis.

1216 **F**riderico secundo Imperatore  
 nova expeditio in Syriam decreta,  
 multis Principibus conspirantibus  
 contra Saracenos.

Eodem anno in suburbio Aconis  
 civitatis, exercitus Christianorum  
 confluunt, & Damiatam Ægypti ur-  
 bem ab impiis munitam obsident.

1217 **Q**uatuor Hispaniæ Reges collecto  
 in



SARACENORUM REGNUM. 77

in unum exercitu Saracenos repres-  
ferunt, ex Betica tamen ejicere non  
voluerunt.

Damiata Sultano reddita, Chri-  
stiani Aconem, & Tyrum redie-  
runt.

Fridericus Imperator in Syriam  
profectus inducias cum Saracenis  
pepigit, & Hierosolyma Christianis  
restituta, cum suis copiis regio dia-  
demate ornandus ingressus est.

Christianorum exercitus, cui  
Theobaldus Navarræ Rex præfuit,  
inter Gazam & Ptolemaida occu-  
buit.

Immissi a Saracenis Tartari mul-  
ta hominum millia trucidarunt in  
Ungaria, & Polonia.

Saraceni a Ferdinando Rege forti  
& celebri ex Hispaniis expulsi.

Saraceni Asiatici auxiliis Tarta-  
ricis Christianos in Syria vexarunt,  
& sepulchrum Christi ignominiose  
defœdarunt.

Ludovicus Rex Galliæ, animo  
expugnandi Saracenos, & cupidi-  
tate liberandi Christianos, exerci-  
tum trajecit in Syriam.

Congressus Ludovicus Galliæ  
Rex cum Saracenis Damiatam ci-  
vitatē

1221

1228

1237

1238

1244

1247

1248

1249



vitatem populosam, ac turrigeram cepit.

1250

Cum inter procellas pugnae ad Faramiam a Saracenis comprehenderetur Ludovicus Rex cum Carolo, & Alphonso fratribus, reddidit Damiatam; quo facto suae, suorumque saluti consuluit, & ex vinculis liberatus est. Captus Rex est die 5. Aprilis.

1252

Saraceni Baleares amiserunt insulas, quas occupavit dux Tarracoenfium.

1255

Bela Rex Ungarorum auxiliis suis adjuvat Christianos in Syria, a quibus de vario eventu pugnatum.

1261

Hispaniae Reges inter se discordes, alter Gallos socios ad se allexit, alter Saracenum militem adversus fratrem conduxit, suo suorumque maximo incommodo.

1262

Factiones Veneta, & Genuensis, Christianos Ptolemaidem & Tyrum incolentes, intestinis odiis exercuerunt.

1265

Expulere e Syria Saraceni Christianos, & Bodegarus Sultanus Azotum, Caesaream & Calipham cepit.

1266

Sultanus cepit totam Galilaeam & Hierosolyma, ordinis Teutonici mili-



milites ad duo millia primum vinxit, postea immaniter obtruncavit.

Reges quidam Christiani, audita suorum calamitate in Syria cruce signati ad resistendum Saracenis proficiscuntur.

1267

Antiochiam captam Sultanus spoliat.

1268

Iterum Rex Galliarum Ludovicus cum filiis tribus ingentes copias contra Saracenos in Africam duxit, ubi cum contra illos feliciter pugnatum esset, Carthaginem obsedit: sed pestis exercitum inficiens, Regem, simulque filium ejus Joannem vita privavit, & sic soluta obsidio.

1270

Carolus Rex Siciliae de Saracenis aliquot victorias reportat.

1271

Armenii & Scythae ad Gamalam Judaeae urbem cum ipsa pene urbe a Saracenis delentur.

1281

Sultanus Tripolim incendit, Christianos inter se dissentientes vincit, & in servitutem abigit.

1289

Tyrus, Sidon, Tripolis, Berythus, ab eodem incensae, & complatae. Ptolemais, fuga dispersis Christianis, sine vi capta atque diruta, fundamentis quoque effosis. Christiani qui urbem reliquerant,

1290

Cre-



Cretam fugientes, perierunt naufragio.

Post tot clades universæ Christianorum reliquæ passim e Syria ejectæ, omnibus, qui fuga non evaserant, aut vincētis miserrime, aut occisus crudelissime,

Ad

CAP. VII.

A.C.

A.H.

1203

600

Latini Constantinopolin occupaverunt, triginta circiter millibus clam urbi immisis, & ignibus illatis: Aderant tum Marchio Montisferratis, Dux Venetus, & Comes Flandriæ suo præsentis auspicio.

1209

606

Tatari Mogulenses rege suo Ungchan cæso Tamujinum Jingiz Chan Dominum secuti superiore sub finem seculo regna Sultanorum Persica iruperunt. Nunc instant acrius, & Jingiz Chan filiis quatuor, quos ex Alchatuna susceperat, Tuscho, Jogatao, Ogatao, Tuloque provincias partitus, Kara Chata jam subegit, Idi Kubo subditam: Turkestanam Sultano Mohammedi eripuit, agminibus septem collectis, & Otrara post septem mensium obsidionem capta.

Al



SARACENORUM REGNUM. 81

AlDapherGaziHalebensium, alAdel *A.C.* *A.H.*  
 Ægypti Syriæque rex demortui suos *1215* *610*  
 e filiis successores habent. Mansela  
 suo defuncto Regulo plures per tu-  
 multum Dominos sustinuit.

Tum Soliman Shah Dux Turci-  
 cus, Mahane Persica provincia eje-  
 ctus, Tataris cedit, tresque filios  
 relinquit.

Jingiz Chan Barbarum cepit, du-  
 cibus Sultani atque militibus pro- *1220* *617*  
 stratis, & templo magnifico in sta-  
 bulum converso: Erakum etiam si-  
 bi subjecit: Inde Samarkandam hor-  
 rida incolarum strage data, Cho-  
 vvarezmiam, Balcham, urbesque  
 alias munitissimas; dum Sultanus  
 Jalaloddinus ab hoste circumventus  
 transfluvium vix elabatur.

Saracenicis Sultani junctis viribus *1225* *622*  
 Damiatam capiunt, & Christianos  
 certis conditionibus exturbant.

Chalifa denique ad Naser ledi-  
 nilla anno ætatis LXX. principa-  
 tus XL. decesit, tantis suorum cla-  
 dibus & Tatarorum successui sæpe  
 indignans.

Hujus ævo alPhacher al Razi Mo-  
 hammed ebn Omar quem Rases vul-  
 go nominant, Theologus, Medi-  
 cus, Philosophusque floruit, multis

F ad



A. C. A. H. ad omnem eruditionem compositis  
libris.

1226

623

LVI. Al Dhaher billa Oddatod-  
din Abn. Naser Mohammed, à pa-  
tre designatus, ad dignitatem e car-  
cere, quo tenebatur, patriam emer-  
sit, clementissimus Chalifa, populo  
gratus, & ponte trans Tigrin condi-  
to celebrior. Post menses novem  
orto civium luctu gravissimo di-  
cesit.

Tum temporis R. Moses ben Mai-  
mon (quem Maimonidem vocant)  
Cordubensis, Judæorum doctissi-  
mus, in Ægypto claruit.

LVII. Abu Jaafar al Mansur, co-  
gnomine al Mostanser billa recepto,  
patris imperium capesit, justitia &  
liberalitate clarus, novique funda-  
tor Collegii, pro sectis quatuor,  
quæ Mohammedismum irreperant,  
evecti.

1226

624

Al Malec al Mohaddum Damasci  
Dominus vitam dominatumque fi-  
niit, relicto al Naser. Davvudo  
filio.

Fingiz Chan morti proximus Og-  
tai filium successorem cæteris com-  
mendat: Qui patre mortuo per  
quadraginta dies in Comitibus tergi-  
versatus tandem annuit, cognomi-  
ne



ne Kaan imposito, & quadraginta Principum Filiabus in usum conjugii adsumtis. A.C. A.H.

Ubi ad arma ventum, Kaan quatuor paratos abducit exercitus, iisque Sultanum Jalalodolin Shah eicit Chorafane: Chatajam rege Altun Chan ignibus, in quos se suaque conjecerat, absumto & Nankincq, urbe amplissima capta subegit. Postea duce Batuo Tushi fratris sui filio, regiones Savorum, Alluniam, Rus- 1230 628  
siam, & Bulgatiam invasit 270000. caesis. Porro fines Constantinopoleos, terrasque huic proximas, unde ab Latinis ibi tum regnantibus repulsi Tataři terga dederunt.

Sultan Alaoddin Caicob, Rumæ 1232 630  
per Asiam minorem Dominus Kaano spondet obsequium: Ipseque anno post Roham vel Edessam occupat, flammis, caedibus & direptionibus exhaustam. Denique unus e Selgukidarum progenie superstes obiit, filiumque Giyathoddinum regno destinat.

Tataři Arbelam dura obsidione 1236 634  
pressam numeratis pecuniis relinquunt: Hinc in irruptione in Erakum facta duplici recesserunt, sed spoliis bene onusti.

F 2

Pseu-



A.C.  
1240

A.H.

638 Pseudopropeta Turcomannus Baba ex Rumza prodiit, usus Isaaco discipulo magnaue coacta multitudine, cui pro symbolo erat: *Non est Deus, nisi Deus ille: Baba autem Dei Apostolus.* Tota vero illa Babæorum colluvies ad Amasiam deleta occubuit.

1242

640

Sultan Giyathoddin Chai Chosravv maximo Græcorum, Latinorum, Georgianorum, Armenorum Arabumque conflato exercitu, Tataros deprædatores Armeniæ lacescit, sed in fugam conjicitur, multis amissis milibus.

Tatari ergo Rumzæ seu Asiæ minoris regiones appetunt, Sivvasa dedita, & Cæsarea diruta: Sultanus autem ante dictus de annuo tributo paciscitur.

1243

641

novo Collegio *al Mostanseriab* inspector frequentissimus auditorque.

LVIII. Al Mostasem Billa, indignus patre filius, & pestis Reipubl. succedit, lusui vanisque spectaculis addictus, & rerum suarum negligens.

Tat-



Tartari duce Vasavver Novvain *A.C.* *A.H.*  
 Syriam incurrunt Giyathoddinus 1245 643  
 Sultan obiit, successore filio Ezzod-  
 dino, deinde Tataria Imper. qui  
 moribundus filium Cayuc jubet ac-  
 cerfi, nec tamen fato properante  
 potuit compellare. Matri hujus igi-  
 tur Chatun, sagaci foeminae, regno-  
 rum administratio committitur, &  
 magna indicuntur Comitia (Kurilta)  
 Tataris & vicinis Regum confluen-  
 tibus.

Cayuc autem natu maximus 1247 645  
 communi suffragio vastum capesit  
 imperium, Cayuc Chan dictus; qui  
 Armenia, Georgianæ, Rumææ,  
 Mausulæ, Syriaeque Novvainum U-  
 jictai; Chatajæ Valvavajam; Persiæ  
 Turkestanæque Emirum Masudum;  
 Chorasano, Erako, Carmania, ac  
 Indiae parti Emirum Argun A-  
 ga præfecit: Rumæam interim Roc-  
 noddino tradidit, Ezzoddinum re-  
 movens, & facta terrarum inter  
 fratres partitione restituens: Davi-  
 dem parvum ebn Kaiz, Gorgistanæ  
 Regulum, Davidique magno subdi-  
 tum Taphlisi Dominum creat.


Ministri autem summi loco ha-  
 buit Emir Kaak, Christianum homi-  
 nem, qui effecit, ut Ecclesia inter



A. C. | A. H. Mogulenses effloresceret, atque nova salutationis formula vulgo apud Tataros adsumeretur; *Barech Mor*, i. e. *benedic Domine*.

1249 | 647 Sed bonus ille Imp. Cayuc citius, quam sui vellent, vita emigravit, & suo excessu Christianæ Republic. gravissimum inflixit vulnus.

1250 | 648 Rex Ægyptius al Malec al Saleh rebus humanis exemptus, al Mohaddain filium regno reliquit. Quem Mamlucci sagittis misere confossum jugulant, sibi que Ezoddinum ex suo greg. præficiunt, eique trucidato alium Modhafferum substituunt.

Mamlucci ergo Jobidas sive Joveidas opprimunt, occupato regno.  Arabice servum notat emittium, undecunque is venerit. Primus enim Naimoddin Igub mille Turcarum liberos ab Mercatoribus, quibus Tatari eos vendiderunt, coëmit, & in arce quadam abditos Bahritas dixit, ut haberet sibi fidelissimos. Sed ii posteris infidi constituunt tyrannidem, illaque tandem a Circasiiis sive Borjitis iterum exturbantur elapso seculo.

Galli nova in Ægyptum suscepta  
ex-



expeditione Damiatam capiunt, sed *A. C.* *A. H.*  
 Rege suo capto illaque restituta, sese  
 Accam conferunt, indeque in pa-  
 triam: Mamluccis emergentibus, qui  
 al. Naser Halebi Regulum ad sese  
 vocatum, ubi venerat, in fugam  
 vertunt.

Tatari Mogulenses e Batui, quem  
 Cayuc natu maximum reliquit, ar-  
 bitrio Muncacaum eligunt, electum- *1251*  
 que folio adponunt summo, & Mun- *649*  
 caca Kaan nominant.

Is rebelle Ogul Gaamiffcha do-  
 mito Praefectos regionibus assignat,  
 Sacerdotesque a tributis & oneribus  
 absolvit. *1253* *651*

Hatemum, Armeniae Regem, ad  
 sese obsequii causa profectum novo  
 confirmat foedere.

Rucnoddin Rumææ Dominus  
 Kaano praestiturus obsequium haud  
 admittitur, nisi castris dirutis, &  
 tandem sua prole cunctisque Mo-  
 theditarum copiis trucidatis, ad par-  
 tiendas cum fratre provincias com-  
 pellitur.

Theodorus Lascaris Niceæ mor- *1255* *653*  
 tuus Michaëlem Palzologum occæ-  
 cato filio successorem habuit, erepta  
 Latinis iterum Constantinopoli præ-  
 clarum.

Hu-



A.C.  
1258A.H.  
656

Hulacu Tartarus Chalifam ob negata auxilia hujusque terras tripartito incurrit exercitu, & Bagdadum vivinti sex dies acerrime infestatam occupat, sextiduo diripit, & abiturus chalifam hujusque filios necari & septingentas è gynæceo foeminas abduci jubet. *Hæc ergo meta, hæc fatalis in Chalifatu perisodus fuit, ab Mohammede ad hunc ultimum Mostasenum, ex Abbasidis quintum & trigessimum: In quo quo Gregor. Abul Pharajus Dynastiam Regum Arabum Moslemiorum nonam finiit, decimumque Regum Mogulensium sive Tatarorum Anno cæpit.*

1259

658

Hulacu ebn Tuli Chan Mogulensium Imp. cunctis Mohammedanis Moslemiisque Regibus e Bagdado incutit: Badroddinum vero Mauselæ Dominum in fidem recipit, donis mitigatus; itemque Rumæ h. c. Asiæ minoris Regulos Ezzoddinum & Rucnoddinum: Al Malec al Naser Halebi Regulum recusantem obsequia persecuturus, incurrit Syriam coacto 400000. militum exercitu, eamque subigit, Nasero ad deserta fugiente. Illum vero Cctbugus dux Tataricus captum in castra misit, necandum postea ob Tatarorum cladem novissimam. Ku-



Kuturus enim Rex Ægyptius ex *A. C.* *A. H.*  
 Mamlucis Turcomannicis Cetbucum  
 una cum copiis prostravit, & Syriam  
 suo asserit regno. Postea Kuturo  
 ad Gazam in acie cadenti Al Bun-  
 dokdar ex eadem gente Mamiuccus  
 sufficitur. 1260 652

Interim Abukasem Ahmed Abu  
 Naser Mohammed, ex Abbasidarum  
 familia superstes, petit Ægyptum,  
 ibique à Sultano Bibaro & populo  
 Chalifa admittitur. Sed quia col-  
 lectis copiis Bagdadum recuperare  
 cogitat, necatus a Tartaris occu-  
 buit: Eum successor in Chalifatu  
 al Hacem Beamrillah sequitur, &  
 longus Abbasidarum in eadem apud  
 Ægyptios dignitate ordo.

Interim Mungaca Kaan Imp. re-  
 bellem Catajæ Regem multaturus,  
 in acie Sinensi sagittis conficitur, fra-  
 terque Kublai Kaan provehitur,  
 quamvis Arius Bacca fratrum natu  
 minimus sese opposuerat.

Tatari rursus irrumpunt Syriam  
 Regi Ægypto subiectam Gugalco  
 duce, mox iterum recessuri, & Mau-  
 selam duce Samdagu occupaturi:  
 Huic autem occupatæ Ebn Yunes  
 præficiunt.

Hulacu demortuo ad vastum il. 1265 664

F 5 lud



**A. C.** **A. H.** Iud imperium accedit Abuka il-  
Chan filius; isque filiam Constan-  
tinopolitani Imp. quam pater am-  
bierat, magno excipit apparatu, re-  
tinetque.

Bundokolar, Rex Ægyptius, re-  
gnum Armenis deprædatur, fuso  
exercitu, Regisque Hatemi filio ca-  
pto. Hatemus auxiliis Tataricis  
instructus, filium ægre liberavit,  
nec nisi Sankaro, duce Ægyptio, a  
Tataris dimisso.

1270

669

Idem Sultanus Ægyptius Antio-  
chiam cepit, templis Christiano-  
rum Magnificis ibi destructis. Tum  
etiam Chalifa Ægyptiacus Abbasi-  
da spiritum exhalavit ultimum, suc-  
cessore filio Abul Radia Soliman.

Hoc tempore A. C. 1275. Marcus  
Paulus Venetus ad Tatariam excur-  
rit, ibique Imp. Kublai Caan salu-  
tato regiones Tataricas & Chinen-  
sium plures iustravit, quin tribus  
postea libris recensuit. Dum Aba-  
ka Bagdadi hyemat, Bundokdar ob-  
ruit Rumæos & clade Tataris illa-  
ta, cum Abaca Chanrebus interce-  
deret, aufugit, diemque obiit, Al  
Aphi ad regnum Ægyptium prove-  
cto. Huic sese Sankar opposuit,  
Ta-



Tatarosque in Syriam accersivit, A. C. 1281 A. H. 680  
ex illa mox iterum recessuros.

Abaka Bagdado Hamdanam petiit, ibique cum in templo Christiano festum Paschatis peregisset, vita exiit. 1282 681

Soltan Ahmed Abakæ defuncti fratris solium adscendit, Principibus Tatarorum suffragantibus. Qui cum Soltano Ægyptio Saifoddino pacem facturus, Mohammedismum amplectitur, & in litteris commendat publice. Hinc odia Procerum incurrit, & solio detrusus, Arguni Abakæ filio illud reliquit vacuum.

Argum il Chan consensu Principum euectus Ahmedem tolli ex medio nolebat, a Kungartuo denique sublatum. 1284 683

Shemfoddinum vero Curiaæ supremum Præsidem, a Principe Cordorum, cujus tutelæ sese tradiderat, restitutum pecuniis vitæque mulctat. Rebus autem bene compositis septenne imperium & vitam posuit. 1288 687

Ortogruli filio Solimannis Schah, Princeps Turcicus Othman Beg sufficitur, Sultani Asiatici consensu. Ex Mamluccis Turcomannicis Saifoddinal Aphi, Soltanus Ægyptius, 1291 690  
qui



A. C.

A. H.

qui Circasios Mamluccos sive Borjitas ad dignitatem extulit, defunctus filium al Asraph Salahoddin Chalin successorem habuit, triennio post interfectum: Circasii quippe postremo tyranidem ceperunt.

1295

694

Caichtu vel Ganiatu fratri mortuo apud Mogulenses sufficitur, ob mores improbissimos post quadriennium trucidatus. Baidu igitur Jargihi filius & Holaci nepos emerfit, annoque post necatus occubuit.

1299

698

Kazan Argunis filius, successor datus, Mohammedisque cognomen ab ea quam tenuit, religione natus, Syriam subegit, & Regem Aegyptium Mohammed Kelauni filium, Asraphi fratrem, clade affecit maxima: Sed repulsus iterum stragem neque minorem sustinuit,

Tataria Arab *تاتارستان* est vastissima, quousque patet; Smaum montem vetus Scythia, eademque Asiatica, sive a fluvio, sive a populo sive a provincia peculiari nomen acceperit. Haitho enim Armenus in Histor. Orient. cap. XVI. plures Tatarorum nationes pristinas recenser, omnes Mogolensium vocabulo comprehensas, septemque



ptemque illarum præcipuas (1) Ta-  
 tar (2) Tangot (3) Cunat (4) Julain  
 (5) Sonich (6) Monghi (7) Tebeth.  
 Nec Arabes Abulfeda, Alfraganius,  
 & Geographus Nubiensis, neque  
 Marcus Paulus Venetus in Hist. ce-  
 leberrimus Mullerus in Chataja, &  
 Martinius novique aliud commemo-  
 rant. Omnes igitur illas in unum  
 redegit imperium Fingiz Chan plu-  
 resque simul Indiæ, Persiæ, nec non  
 majoris & minoris Asiæ regiones.

A.C.

A.H.

LIB. II.

CAP. I.

TURCARUM  
 REGNUM.

**O**ttomanus rapinis & præ-  
 dationibus ditatus, intra  
 decennale spacium bonam  
 Bithyniæ partem, adja-  
 centia Ponto Euxino loca, suo impe-  
 rio adjecit, & primi Regis Turca-  
 rum nomen meruit.

1300

Rhodus insula Saracenis ere-  
 pta.

1307

Alphonfus Rex Castellæ cum Sa-  
 racenis signa feliciter contulit, dua-  
 bus

1310



bus potentissimis urbibus captis, Alcala, & Bencaja.

1311 Sultanus a Rege Tartarorum, qui auxiliis pugnabat Armenicis, ingenti prælio victus est.

1328 Othomanus Tucorum Rex moritur, cui successit Orchanes filius, Turcorum Rex secundus.

1338 Græcis de imperio inter se disceptantibus, Prusiam amplissimam urbem Orchanes vi ademit.

1350 Orchanes contra Tataros ( ita Scythæ appellantur ) infauste pugnans cum multis suorum interficitur. Regni habenas accepit Amurathes Turcorum Rex III.

1363 Amurathes avaritia & perfidia Genuensium Hellepontis angustias ad Abydum conductis eorum navibus, superat, & Philippopolin, & Hadrianopolin urbes in potestatem redigit.

1372 Servia, seu Mysia superior Christianis est adempta Lazaro Despota capto, in Campis Cassaviis.

1373 Serviam ingressus Amurathes, a fidei servo Lazari, qui mortem domini ulcisci cupiit, pugione in inguine percussus interiit. Amurathis interfecti regnum consecutus est  
filius



filius ejus Bajazethes, fratre interfecto, Turcarum Rex IV.

Marcus Crajevicus, Bulgarorum Rex, cum universa sua nobilitate a Bajazete in prælio deletur. 1374

Sigismundus Imperator Wallachis opem ferens, Turcarum præsidia ejicit, & eorum larrocinantium reprimit impetum. 1377

Bosnia, Croatia, Illyrium, Albania, Walachia vastatæ, multis millibus Christianorum partim occisis, partim in servitutum abstractis. 1383

Constantinopolis ab immanissimo Turcarum Rege totos octo annos vexatur, & obsidetur. 1489

Franci & Angli sociis Genuensibus obsederunt Tunetum, & Saracenos Africanos compulerunt, ut captivos Christianos redderent, & decem millia aureorum penderent. 1390

Walachi auxiliis Turcicis utentes contra Hungaros, profligati sunt. Nicodia oppidum ab Vngaris captum. 1392

Prælio inter Christianos & Turcas ad Nicopolin commisso, die profesto Divi Michaëlis victoria penes Bajazethem fuit, qui in armis plus quam trecenta hominum millia habuit, in quibus sexaginta millia equitum. 1395



tum fuerunt. Christianorum exercitus, qui ex Gallis & Ungaris constabat, non excessit numerum octoginta millium, inter quos circiter viginti millia equitum fuere. Gallorum duces maxima ex parte capti; Sigismundus Ungariæ Rex fuga sibi vix consuluit. Ex Christianis viginti millia, ex Turcis sexaginta sunt occisa. Hæc quoque clades Christiani exercitus discordia contrigit, modo Gallis, modo Ungaris primas præliandi partes deposcentibus. Post prælium ad Constantinopolitanam obsidionem recursum fuit.

1397

Tamburlanus, Scytharum Rex, obscuro loco natus, tantopere crevit, ut mille ducentos equites in aula sua aleret. Hic cum infinita armatorum multitudine in Asiam descendens, prope stellam montem in Galatiæ, Bithyniæque confinio, ad ducenta Turcarum millia cæcidit. Regem Bajazethem cepit, & cavæ inclusit, aureis catenis ligavit. Consensurus equum eo pro scabello utebatur, & in ludibrium per totam Asiam secum circumducebat. Persas fugavit, Medos vicit, Armenios stravit, totam Aegyptum deva-



devastavit, Damascum evertit: Marchantum urbem condidit, quam omnis generis captivis implevit, & urbium captivatum spoliis ornavit. In ejus exercitu pene supra fidem duodecies centena millia hominum militasse traduntur. Triplici tentorio usus est, cum in conspectum hostium veniret; Albo, spem gratiæ sese deditibus significabat: Tum rubro, quo sanguinem & flammam: Postremo atro, quo extremam rerum omnium everisionem.

Eodem anno Walachia, Transylvania, Moldavia, & omnis transdanubiana regio Duce Stephano Waivvoda tumultuatur contra Sigismundum: Unde intellectum est, prioris cladis auctorem Waivvodam fuisse, qui Turcas allegerit. Cyriscelebes, quem Calepinum alii appellabant, post deletum, a Scytharum Rege exercitum, & captum patrem, fuga liberatus, ad regnum adspiravit, quod etiam obtinuit V. Turcarum Rex.

1398

Turcæ Rege suo capto, & caeso exercitu, sub Cyriscelebe nihil memoria dignum egerunt.

1399

G

Note



*Nota, Animadversiones, & Supplementa, ad Chronicon Turcorum.*

Ad

CAP. I.

**F**inem historiae regnique Saracenorum aut Chalifatus Asiatici in seculo superiore fecimus: Sic enim auctor noster, cujus vestigia legimus, sic Abul-Farajus Arabs in decima Dynastia h. e. Monarchia Tartarica fecit. Ergo ut posthac Arabum Scriptorum vestigia insistere-  
 mu<sup>807</sup> sequi lubuit, quos Ed. Pocockius in Supplemento Historiae ad Abul-Farajum addito laudavit; Ismaelem videlicet Abulfedam, Takroddinum al Mazrizi, Abu Mohammed Mostapha, Ahmed ebn Yuseph, & Mohammed al Sadikki, omnes quidem antiquioribus, quorum auctoritate nitimur, inferiores, hoc tamen loco & fide sua dignissimos.

A. 1588

Non minus etiam citabimus Annales Sultanorum Othmannidarum a Turcis sua lingua proditos, quos Jo. Gaudier, Turcicus quondam Ferdinandi I. Caesaris Interpres latine reddidit, & Jo. Leunclavius, doctorum



etorum Nobilium ex Westphalia decus, recensitos egregie illustravit. Neque prætermittemus Turcicam, quam Joh. Bapt. Podesta Orientalium linguarum in aula Viennensi Secretarius inscripsit, Chronicam, & in linguas alias, Latinam nempe Italicam Germanicamque transtulit, Norimbergæ typis Endterorum editam. Græcos autem ex ævo ultimo Scriptores, itemque Latinos ex ætate barbara, nec non meliores ex superiore seculo Auctores, quos Drechslerus & Fabricius adhibuerunt, Ant. Gerfræum maxime ex Latinæ Godelevæi editione, Pet. Bizarum ex C. Aug. Curione plurima mutuatum, Joh. Cuspinianum, aliosque cum Arabicis confereamus, & sicubi opus erit, conciliabimus.

Posthac enim res Tatarorum Mogulensium in vasto per omnem Orientem imperio, Mamluccorum Turcomannorum & Circassiorum in Ægypto, denique Turcorum in Asia minori paginam utramque facient. Tatari quidem sua per Asiam, Persiam, Indiam, Chinamque Monarchia, Mamlucci quoque regno suo Ægyptio deturbabuntur: Attamen



Turci & Persæ nova tandem regna  
cipient formabuntque , si prius  
Tatari Mogulenses & Mamlucci sive  
per discordiam , sive per inertiam  
gentis barbaram repulsi cesserint.

Turci vix nomine suo inter Græ-  
cos veteres Latinosque noti a Tur-  
kestana denominationem sibi pro-  
prium adsumpsisse creduntur. Tur-  
kestan vero pars Scythiæ Asiaticæ  
septentrionalis hodieque superest,  
jugis montibusque Caspiis conclusa.  
Arabice dicuntur ex  
radice seu verbo primitivo

i. e. ab relinquendo , quasi relictos  
dicentes ab Alexandro scilicet magno.  
Hic enim apud Elmacinum Ara-  
besque dicitur , Gogum & Mago-  
gum h. e. Turcos, uti volunt, Ta-  
tariosque Caspiis jugis & montibus,  
aut muro ferreo separasse , ne re-  
liquas ab sese captas provincias te-  
mere obruerent. Hæc quippe apud  
orientales de Gogo & Magogo, cuius  
sacræ litteræ mentionem faciunt,  
communis Arabum, Syrorum & Ju-  
dæorum sive Rabbiorum sententia  
jamdudum invaluit.

Ipsi Turci suas origines ab Japhe-  
to, Noachi filio arcessunt: Quem  
Kessæus Arabs patrem Turcorum  
&



& Barbarorum nuncupat. Aucti admodum successu temporis & incertas olim nationes sive familias distributi Regem Chakanis nomine, aut Regulos, quorum imperio parebant, sive Principes agnoverunt: Donec regno Saracenico, Aegyptio, & tandem Asiatico per militiam, cui studebant, mercenariam obrepserunt. Turcos equidem nunc pudet vetusti nominis, quo latronem in sua notant vernacula, & juvat Moslem aut Muselmannorum appellatio, cujus sese putant post gentem Saracenicam cum Islamismo sive Mohammedismo participes factos. Quamvis autem hæc denominatio ad Turcos ab Arabibus & Saracenis; parum tamen Arabicæ culturæ ac litteraturæ ad ipsos, plus vero ad Persas hodiernos, Poëtas & Astronomiæ studio incensus transit.

Turci & Persæ hodierni Mohammedismo utrique sunt dediti; sed odio plus quam Vatiniano inter sese disident (1) ob Alin, quem Persæ Mohammedis unicum successorem celebrant, Turci ceteros quoque de quibus supra dictum (2) ob Sunam i. e. traditionem, quam Turci magno pretio habent, Persæ repudiant.



Hinc illi Sunitæ , hi vero Alschiji seu Alifequæ vocantur.

Ceterum sectæ olim Saracenicæ *aliæ circa radices i. e. articulos fundamentales ; aliæ circa ramos i. e. articulos non fundamentales sive ritus & ceremonias* invaluerunt ( hæc est Arabum ipsorum distinctio. )

Circa radices sectæ progressu temporis LXX. & amplius numerabantur , Hanifæi scilicet , Melkitæ , Schafæi , Hembelitæ , Schamrachæi Mutazalitæ Kadraï , Carmatæi , pluresque , quarum mentionem ex parte fecimus. Circa ramos autem sectæ propemodum infinitæ olim viguerunt, nec hodieque Turcis & Persis defant. Itaque non est, cur nobis Christianis in religione dissensum Turci objiciant, aut probro vertant: Est potius cur propria vineta cædant, & sua corrigant. Cui videbitur, iis Abul-Farajum in Saracenicæ Dynastia consulat, ex novis Auctoribus Hottingerum in Com-

Cap. II. sect.

2.

Lib. II. c. 7.

pendio Histor. Orient. itemque in Histor. Orientali, nec non Hornbeckiam in summa Controvers. Relig. Barth. Georgevicii de Morib. Turc. & Busbequii Epist. itemque Phil. Guadagnoli Apologiam pro Christiana

stiana



stiana religione adversus librum *Lib. III.*  
Ahmedion Zin Alabedini Persæ As-  
pahensis impium, quæ Anno 1531.  
Romæ prodiit. Ego ad historica  
supplementa & ordinem mihi con-  
stitutum in præsentia avocor.

Ubi Kazan Chan Tatarus Imp. *A. C.* *A. H.*  
vita emigraverat, frater hujus Giy-  
athoddin, Chodabanda Mohammed  
imperium capessit, cognomine al  
Jayetu h. e. Imp. magni ( sic vertit A- *1303* *703*  
rabs Al Jannabius ) adsumto. Hic facta  
in Syriam impressione parum confe-  
cit, nisi vastitatem oppidis illatam :  
Inde reversus anno Monarchiæ tertio  
decimo exspiravit.

Ex Mamluccis Turcicis Ægyptum *1308* *703*  
Zinoddin Cetboga al Mansur tenuit.  
eoque fugato Hafamoddin Lajin al  
Mansur. Hoc denique erucidato  
post quadriennium restitutus al Na-  
ser Mohammed, Kelauni filius, ei-  
que adfuit Chalifa Abul Rabia Soli-  
man, Hacemi filius.

In terim caput Turcorum Oguzio-  
rum familia efferebat sub Othmanno,  
qui patrem Orthogrulem avumque  
Soliman Shah habuit. Soliman ille  
( sic supra diximus ) Jingiz Chani  
Tatarorumque impetu ejectus, Ma-  
hanem, cui Princeps præfuit, Persiæ

G 4 pro-



A.C.

A.H.

provinciam reliquit, Euphrate, cu-  
jus vada nesciit, submersus. Hinc  
filii casu eo perculsi duo Sankur Zen-  
gi, & Cur Tudgi Persiam repetie-  
runt. Tertius Ortogrules, pro-  
fectioni patriæ intentus, misit filium  
Saribanem ab Aladdino, Sultano  
Asiatico sedem, ubi castra figeret,  
rogaturus. Patuit petenti locus in-  
ter Karahjahtag, juga Armeniæ mon-  
tana, ubi 400. tentoriis locatis con-  
sisteret, hostesque Soltani vexaret  
incurfionibus:

Mortuo patri successit filius Oth-  
man Beg Aladini jussu A. H. 687. &  
ab eo vexillum regium, tympanum,  
vestem magnificam, ensenque ho-  
noris symbola suscepit.

1316

716

Tum Mogulensi apud Tataros im-  
perio admotus familiæ vetustæ ulti-  
mus Imp. Abu Said Bahadur Cham,  
Monarchiæ ac stirpi simul regiæ post  
viginti annos addidit finem. Princi-  
pes enim discordia mutua disjuncti  
suam sibi provinciam quique assere-  
bant, nec unum ex omnibus creabant  
Dominum sive Monarcham. Unde  
ad polyarchiam pristinam relapsi, ge-  
stis apud exteros nullis eminuerunt,  
ad Tamerlanem usque seu Timur  
Lenk,



Lenk, Orientis & totius Asiae ter- A. C. A. H.  
rorem.

Interim Aladdinus, Selghucida-  
rum in Asia minori ultimus, fractus  
senio, & pertæsus imperii turbulen-  
ti, Othmanno neque adsumtitium  
Sultani nomen, neque mentionem  
huius inter preces publicas pro sug-  
gestu vetuit.

Othman sive Ottoman Sebastiam,  
& urbes alias Græcis ereptas sibi sub-  
jicit, exercituque illorum fuso, Pru-  
siam urbem munitissimam, arcte  
premit, filiumque Urchanem obsi-  
dioni absolvendæ præficit.

Capta urbe Bithyniam, Pontum, 1325 726  
principatusque alios commendavit  
posteris, primus Turcorum in Asia  
Sultanus, ubi annos vita sexaginta  
novem, & viginti sex imperando ex-  
pleverat. *Hæc prima sunt imperii  
Turcici per omnem Asiam, Europam  
& Africam producti incunabula &  
fundamenta.*

II. Urchan Beg (Orchanes vulgo)  
ad patrium adspiravit regnum, ve-  
teranis, qui defectionem agitarunt,  
Ducibus oppressis, & fratribus ad  
concordiam reductis: Post sedem 1326 727  
sibi Brusiae fixit, deserta regia, quam  
pater amaverat, Jengi-Share, ac

G 5

tem.



demersis, in fuga spe posita reliquit.

1464

Stephanum Principem Mysiae inferioris, simulata pace ad se Machometes evocans, captum excoriavit: Fratrem ejus & sororem in triumpho duxit.

801

Turca in Epiro munitionem validam, urbis instar, mira celeritate triginta dierum spacio extruit, ex qua finitimas regiones excursionibus vexare, territasque & exhaustas facilius posset armis subjicere.

1466

Rex Epiri Georgius Castriottus, cognomento Scanderbecus, ingenti clade Turcas stravit, atque repulit.

1468

Machometes Syros & Aegyptios cum eorum exercitibus fudit. Narrantana, & Scandalora urbibus vi captis, & incensis omnem populum miserabiliter interfecit, & nobiles de locis editis, & turribus praecipitavit.

Eodem anno cum Cissimo Indorum Rege amicitiam iniit, cui nobilem puellam ex suo gynaeceo cum regali munificentia & donis Imperatoris in uxorem misit.

1469

Graviter oppugnatus est Machometes a copiis Vsuncaffani Regis.

Eodem anno Nicolaus Canalis, clas-



sis Venetæ præfectus, magnum damnum navali bello intulit Machometi, occisis duobus millibus Turcarum.

Eodem tempore multi Christianorum in Stiria, & aliqua parte Germaniæ a Turcis capti, & abducti sunt.

Misis quadringentis navibus ac centum viginti millibus hominum in Euboeam insulam, Omario duce, in oppugnando quadraginta pene hominum millia Machometes amisit, sed eam post trigesimum diem cepit, Italos milites palis affixit, & omne genus crudelitatis, & libidinis in incolas flagitiosissime edidit.

1470.

Eodem anno Turcicus exercitus in Ungaria usque ad Zagabriam prædando grassatus, circiter decem hominum millia captiva abduxit.

Eodem anno Turcæ in Dalmatiam, Forum Julium, Stiriam, excursionses fecerunt, multa ex hominibus & pecoribus præda abacta.

Rex Portugalliæ, freto Gaditano trajecto, multas civitates in Mauritaniæ finibus a Turcis liberas fecit, suoque imperio adjecit: Duas autem præcipuas, Tingam, & Argillam.

1471

H 3

Vsun-



A.C.

A.H. annos triginta & amplius, nec laude aliqua insignes; Item nepotes Ke-launi quatuor ad hunc usque annum, quo exclusus ultimus Afraphi Shaaban, finem Mamluccis Bahritis sive Turcicis, eorumque regno per CXXXVI. annos continuo imponit.

1386

788

Mamlucci postea Circassii seu Borjitæ dominatum occupant, ex iisque primus Abu Said Barkuk, remotus & iterum restitutus, sedecim annos imperavit, a Tamerlane ac Bajazete, quem metuit, vexatus. Chalifatum vero gesit al Motasem Abrahami filius al Mastamsec, solo nomine, auctoritate aut nulla aut exigua.

1389

791

Amurathes a transfuga quodam servo in castris cultro per ventrem medium adacto perimitur, cum annos vitæ LXV. imperii XXXII. peregisset. Quare Proceres necato Jacupe Zelebi, fratrem hujus Gilderim Bajezid (Bajazethen) solio imponunt, victumque Lazarum frustatim atrocissime concidi jubent.

1393

795

IV. Gilderin Bajecid alias Abu Jazid h. e. *fulminator* solio Turcorum summo impositus Carmaniam subegit, Constantinopolin obsidione cinxit, & Hungaros in auxilia ven-  
ven-



turos fudit. Porro Erzingam, Armeniae urbem vastissimam occupavit; in Romania Silistriam & Empolin; Ferigen Moreae oppidum, ibique Bulci Despotae filiam sibi junxit matrimonio, cum Mysiam, Bulgariam, Macedoniam, Thessaliam, Phociden, & Atticam teneret.

A. C. A. H.

Porro Coniam sive Iconium, pri- scam Sultanorum sedem deditio- ne facta sibi subjecit, Sivastenque, urbes amplissimas; nec Asiaticis Turcomannorum regionibus pepercit. Interea novum ex Oriente fulmen Tamerlanes in Asiam Turcorumque cladem gravissimam prorupit.

1397 800

CAP. II.

Tamburlanus totius Orientis ter- ror, tyrannorum nobilissimus, e vita migrat.

1403

Cyriscelebes Turcarum Rex moritur, relictis Orcanne, & Mahometo.

1404

Orcanes Thraciae Regulis faventibus admodum adolescens imperio destinatur, sed in pugna ad Gazarum non longe ab Hebro fluvio, Mosis patris sui scelere opprimitur.

Ma-



1405

Mahomedes VI. Turcarum Rex, sublato fratre, regno solus potitur.

1408

Mahometes Serviam, Walachiam, & non exiguam Sclavoniæ partem subegit.

1411

Sigismundus Ungarorum Rex in Salumbezinis campis, qui Philadelphiæ olim appellati sunt, contra Turcas pugnans, viribus inferior, victus atque fugatus est. Calabotia, munitissimum præsidium, amissum.

1412

Walachis gravia tributa Mahometes imposuit. Ex Bithynia in Thraciam sedem regiam transtulit, & Prusæ urbi prætulit Adrianopolin. Primum Danubium trajecit, Macedoniam perdomuit, ad Jonium usque pelagus pervenit.

1419

Amurrhates VII. Turcarum Rex, Mustapha Bajazetis filio hostiliter devicto, regnum paternum arripuit.

1420

Turca in Georgium Despotam Servix expeditionem facit, Nove-montum, & Scopiam, quadriennium obsidet, Synderoviam infestat, Despotæ filios duos captos, oculis & pudendis privans, tetro carceri includit: Filiam ejus in uxorem ducit propter pulchritudinem.

1438

Thessalonica insignis urbs Venetæ dictionis in Turcarum potestatem

ve-



venit, qui nullum genus injuriæ aut contumeliæ in Christianos omiserunt.

Amurhates Belgradum obsidens, circa decem millibus hominum in fossis amissis, cum dedecore septem mensium obsidionem solvit, & inducias expetit.

Joannes Huniades Turcis se opposuit, inter Savum & Dravum regiones Ungariæ vastantibus, eosque in fugam vertit: Uno die quinque collatis signis est superior.

1439

Ladislaus Poloniæ & Ungariæ Rex eodem Huniade duce, in Hæmi campis illustri victoria potitus. Turcam ad conditiones pacis compulit.

1440

Pax cum Turca inita, Eugenii Pontificis hortatu violatur; quæ res nomini Christiano perniciofa extitit. Primum enim septuaginta triremes Christianorum ad Hellespontis angustias superatæ: deinde commisso ad Varnam prælio, die profesto Divi Martini, ultra triginta milia ceciderunt, plurimi in paludibus submersi sunt. Interierunt Julianus Cæsarinus Cardinalis, qui ad fœderis violationem impulerat; Rex ipse Ladislaus, qui bellum cupide

1444

ni



nimis susceperat ; Episcopus Varadinus, qui aciem in prælio nudaverat : Huniades vix fuga evasit.

Turca per Bosphorum Thracium trajicere classem non potuisset, nisi Genuenses, in singula Turcarum capita aureo nummo accepto, id permisissent.

1445

Isthmum Corinthiacum Amurrathes occupat, & Græcorum præsidia cum fratre Constantinopolitani Imperatoris fundit, & populationibus totam devastat Peloponesum.

1446

Rex Poloniæ cum Turcis in Ungariam irruentibus conseruit manus, & victor evasit. Turcæ ultionis cupidi magna vi coacta, reparant vires, ac bellum instaurant, in quo utraque pars tulit cladem circiter octingentorum millium : Gravior tamen Turcarum jactura fuit, quam Christianorum ; quamvis occubuerat Princeps belli, cujus caput ad Turcarum Regem allatum est. Occubuit & Turcarum Regis filius in eadem pugna.

1448

Ungari duce Huniade devastaturi Turcicas Provincias numero circiter sexingentorum millium, regiones eorum ingrediuntur, pugnantisque cum Turcis ad Basila, prima quidem



dem pugna retulere victoriam: altero vero prælio cecidere pene omnes, exceptis circiter mille, qui fuga sibi consulebant.

Eodem anno Despota Georgius Fricebechum Turcicum præfectum cepit, Bidinum Bulgariae urbem incendit.

Turca Crojam urbem in campis Æmathiæ sitam, Scanderbeco resistente frustra multis mensibus oppugnat, suorumque multis delectis infecta re discedit.

1449

Amurrhates Turcarum Imperator de vita discedit, relicto successore, filio Machomete, VII. Turcarum Rege, qui fratrem suum Thurfinem, adhuc infantem, ne pater solus sepeliretur, statim interfecit, & eodem sepulchro condi jusit.

1450

Machometi initium belli fuit contra Scanderbecum. Turca Crojam octoginta millibus hominum obsidens, cum dedecore discessit, & relicto in Crojæ obsidione duce Ballabano, ab urbe fugit.

1451

Athenæ, omnium artium & disciplinarum inventrices ab immanissimo Tyranno solo æquatae sunt, etiam fundamentis quibusdam in lo-

1452

H

cis



cis effosis, & Munychia, atque Piræeo dirutis.

1453

Machometes Constantinopolim die nono & vicesimo Maji expugnavit, quam nono die Aprilis cœperat obsidere, omnibus Christianis gladio dissectis, & Constantino interfecto, cujus caput ludibrii causa palo affixum in castris circumferri jusfit, universa ejus stirpe deleta, & nobilibus omnibus inter convivia per ludibrium trucidatis.

1454

Calixtus Pontifex classem conscribit in Turcam, cui Cardinalem Aquileiensem, virum ferocem, & sacerdotem venatorem præfecit: statim igitur ea dissipata est.

1455

Turca Bosniam cædibus & incendiis replet.

1456

Machometes Belgradum, quam Albam Græcam, & Taurinum vocant, cum centum quinquaginta millibus hominum expugnatum adiit. Convocatis autem Christianis, & Joanne Capistrano adhortante, Huniades dux ultra quadraginta millia hostium occidit, aliis in fugam turpissimam versis, & ipso Machomete sagitta percusso: Turcæ castris exuti sunt. Hoc prælium commissum in die Magdalenæ.

Cum



Cum Asfimbeco Persarum Rege, quem Vfuncaffanum, quasi heroa magnum appellant prælio primo Turca congressus ad Euphratem, quadraginta millia militum amisit: Secundo prælio Machometes superior fuit, occiso Vfuncaffani filio.

1457

Capta est Corinthus à Machomete Peloponnesiis imperatum tributum.

1458

Rex Turcarum Imperium Trapezuntium suæ potestati, decollato Davide Commeno Rege, subdidit.

1460

Paphlagoniæ, & Cappadociæ regna Turcicis armis cesserunt. Reguli, & Principes omnes cum uxoribus & liberis vexati contumeliis, & mutilati membris, ducti in triumpho, postea ad unum omnes, uxores ante oculos maritorum, filii ante ora parentum obtruncati.

1461

Mitylene insula expugnata: Catalusius ejus Princeps trucidatus.

1462

Veneti instructam classem, liberaturi Corinthum, in Græciam miserunt, sed re infecta sunt reversi.

1462

Eodem anno Rex Ungariæ Geisam Bosniae urbem recepit, quam Turca secundum obsidens, audito Christianorum adventu, quatuor bombardis ingentibus in Drinam fluvium



demersis , in fuga spe posita reliquit.

1464

Stephanum Principem Mysiae inferioris, simulata pace ad se Machometes evocans, captum excoriavit: Fratrem ejus & sororem in triumpho duxit.

Turca in Epiro munitionem validam , urbis instar , mira celeritate triginta dierum spacio extruit , ex qua finitimas regiones excursionibus vexare , terrasque & exhaustas facilius posset armis subjicere.

1466

Rex Epiri Georgius Castriottus, cognomento Scanderbecus, ingenti clade Turcas stravit , atque repulit.

1468

Machometes Syros & Aegyptios cum eorum exercitibus fudit. Narrantana, & Scandalora urbibus vi captis , & incensis omnem populum miserabiliter interfecit , & nobiles de locis editis, & turribus praecipitavit.

Eodem anno cum Cissimo Indorum Rege amicitiam iniit , cui nobilem puellam ex suo gynaeceo cum regali munificentia & donis Imperatoris in uxorem misit.

1469

Graviter oppugnatus est Machometes a copiit Vfuncaffani Regis.

Eodem anno Nicolaus Canalis, clas-



sis Venetæ præfectus, magnum damnum navali bello intulit Machometi, occisis duobus millibus Turcarum.

Eodem tempore multi Christianorum in Stiria, & aliqua parte Germaniæ a Turcis capti, & abducti sunt.

Misis quadringentis navibus ac centum viginti millibus hominum in Euboeam insulam, Omario duce, in oppugnando quadraginta pene hominum millia Machometes amisit, sed eam post trigesimum diem cepit, tantos milites palis affixit, & omne genus crudelitatis, & libidinis in incolas flagitiosissime edidit.

1470.

Eodem anno Turcicus exercitus in Ungaria usque ad Zagabriam prædando grassatus, circiter decem hominum millia captiva abduxit.

Eodem anno Turcæ in Dalmatiam, Forum Julium, Stiriam, excursionses fecerunt, multa ex hominibus & pecoribus præda abacta.

Rex Portugaliæ, freto Gaditano trajecto, multas civitates in Mauritaniæ finibus a Turcis liberas fecit, suoque imperio adjecit: Duas autem præcipuas, Tingam, & Argillam.

1471



1472

Vsuncassanus Rex secundis præliis factis plures civitates Othomanicis ademit; quod factum æternum nomen in Orientis partibus illi peperit.

Nicolaus Thronus eodem anno classem Venetam cum Regis Parthorum exercitu contra Turcam conjunxit.

1473

Vsuncassanus levi prælio circiter triginta millia ex Machometis exercitu fudit.

Eodem anno Turcæ cum ingenti multitudine trajicientes in Vngariam, finitimas civitates ad fluenta positas depopulati sunt.

1474

Commisso cum Persarum Rege ad Euphratem fluvium prælio, Turca victor extitit, sex hostium millia, & octingentos cepit. Ex quibus domum rediens, in singulis locis, ubi stativa habuit, quingentos per diem gladio secari jubet, & insepultos dispergit, totamque Armeniorum regionem implevit tetro, horrendoque funerum spectaculo.

1475

Ad Istri fluminis partem, quam Muldaviam appellant, Turcæ cæsi sunt à Stephano Muldaviæ Palatino. Quatuor duces Turcici capti, &  
XXXVI.



XXXVI. signa militaria ex hostibus recepta.

Matthias Ungarorum Rex ad Savum fluvium castellum Turcarum magna cum laude sua expugnavit.

1476

Eodem anno Capha in Ponti Fuxini ora, Genuensium colonia, Turcæ prodita est.

Clausit supremum diem Usancaffanus, qui Persis, Parthis, Medis, ac toti pene Orienti præfuit. Cui successit filius major natu, hic capite plectens fratres suos, solus regno potiebatur.

1477

Eodem anno Nicosiam Turcæ classe piratica infestarunt, non sine magno urbis ejus incommodo.

In Mysia ingens multitudo Turcarum superata est.

1478

Veneri cum Machomete fœdus iniunt, Chalcide armis, Scodra deditione extorta. Polliciti eidem sunt quotannis octo aureorum millia, ut Pontica navigatio pateret mercatoribus. Tradita eodem tempore insula Lemnos, & Tænarum Laco-niæ promontorium,

Magnam classem Machometes in Apuliam misit, sed & ipse in Ungariam cum exercitu profectus est, & ex utrisque locis plurimos greges

1479

H 4

capti-



captivorum Christianorum abegit. Inde Leucadiam, Neritum, Cephaleniam, & Zazynthum infulas armis domuit.

1480

Machometes cum exercitu est in Ægyptum profectus ad occupandum Alexandriam; domi verò ad Rhodianam expeditionem res sunt necessariae comparatae.

1481

Machometes duce Mesicho Rhodum obsedit, & eam quatuor classibus gravissime oppugnavit, sed trucidatis suorum novem millibus, & quindecim millibus vulneratis, ab oppugnatione, quae undenonaginta dies duravit, turpiter desistere coactus est, Petro Dabusonio pro Christianis pugnante.

Eodem anno cum classe ingenti irruens Turca in Apuliam, Hydruntum civitatem maritimam amplam, & populosam, duce Acomato expugnavit, & incolas omnes gladio occidit.

Eo anno sex millia Turcarum ad civitatem Mantineam in Laconia occubuerunt. Pirametus Ciliciae Rex magnum illis metum incussit, & prospera adversus eos fortuna usus est, sed non diuturna.

Eodem anno Machometes Rex  
Tur-



Turcarum, qui Imperatoris nomen primus accepit, qui duo Christianis imperia Constantinopolitanum, & Trapezuntium subvertit, regna duodecim ademit, ducentas urbes Christianam pietatem secutas cepit, magna & suorum, & hostium lætitia propter crudelitatem inauditam, & omnibus hominibus gravem, animam impiam & blasphemam evomuit. Hic, ut fieri sæpe in magna fortuna solet, suam quoque religionem irritavit, & omnem Dei cultum futilem, & inanem existimavit.

Bajacethes IX. Turcarum Rex, & secundus Imperator, domestica dissensione sedata, & fratre suo ex tota Asia ejecto, regnum stabilivit.

1482

Eodem anno Ferdinandus Neapolitanus Rex, misso filio Alphonso cum exercitu, Hydruntum civitatem à Machomete expugnatam, Turcis eripuit.

Eodem anno Joannes Castriotus, Scanderbeci filius, ditionem per Machometem patri suo vi ereptam, coactis agminibus recuperabat.

Eodem anno Stephanus Vaivoda, & Matthias Rex inferiorem Mysiam,

Hic, quam



quam nunc *Bolniam* nominant, Turcæ ademerunt.

1483

Bajazethes contra Sultanum Ægyptium sæpius suo incommodo pugnans, fœdus cum eo iniit. Pacem quoque cum Rhodiis fecit, nec non alios Christianos sollicitavit, propter metum fratris Zizimi, qui apud Christianos exulabat.

1484

Walachiam Turcæ infesto exercitu petierunt, & devicerunt.

1486

Turca Getarum gentem circa paludem Mœoticam antiquis suis sedibus eiecit.

1488

Zizimus Bajazethis frater, apud Rhodos exul, Romam ad Innocentium VIII. Pontificem mittitur, tandemque cum Pontificis filio Alexandro veneno tollitur.

1490

Alphonfus Lusitaniæ Rex cum decem millibus equitum, & quinquaginta peditum, Saracenis Granatæ regnum eripuit, eorumque reliquias ultra mare compulit.

1492

Cerauniorum montium incolas tradiditque illum Epiroticum, liberarum semper gentium, servituti Bajazethes subjicit.

Eodem anno in Ciliciæ finibus cum Sultano pugnavit infeliciter, & suorum triginta millibus amisissis recessit. Eo.



Eodem anno Matthias Ungarorum Rex Sabatium, quod Turcæ munierant, firmissimum præsidium expugnans, fines tutiores reddidit, & regnum suum magno metu liberavit.

Missò in Ungariam exercitu, cui præerat Cadumus Bassa, septem millia Ungarorum deleta, & in testimonium Aragis Christianis illatæ, multa capita, ac nasi illis abscissi Constantinopolin missi sunt. 1493

Irruerunt Turcæ in Croatiam, quos Maximilianus in fugam vertit. 1494

Hieronimus Thronus Venetus pecuniâ corruptus, Naupactum urbem, quam Reipublicæ nomine custodiebat, Turcico imperio subjecit. 1497

Eodem anno Turcæ Stiriam, & Carinthiam infestarunt rapinis, & latrociniiis.

Bellum Venetis Turca intulit, & Jadrensem, ac Sibenicum agrum in Dalmatia igne, ferroque desolavit, ingenti præda abducta. In Foro Julio item capita hominibus plus quater mille, quos abducere propter inundationem Tiliaventi non poterat, amputari iussit. Venetiæ in peri-



periculo & metu constitutæ fuerunt.

1499

Corona urbs Peloponnesiaca Turcæ se sponte dedit.

Ad

## CAP. II.

**A.C.** | **A.H.** **T**amerlanes sive Timur Lenc Tatarus mirum dictu est, quam frivolis & acerbis Mohametanorum narrationibus laceretur: Unus ergo Ahmed ibn Arabschi Arabs à Golio primo editus Scriptor, nobis instar omnium erit, quem in hujus contexenda breviter historia sequamur.

Hunc enim Arabem celeberrimus quoque Böclerus in Timure suo, aut Dissertatione ad hujus vitam conscripta sequitur.

Timur avo Abgai & patre Taragai, regni Tatarici magnatibus nascens, Jingiz Chano suam prosapiam debere creditur.

Annum natalem, uti prædiximus, habuit Heg. DCCXXXVII. seculo superiore; obscuramque patriam, pagum provinciæ Zagathai aliquem.

Corpore autem procero & laceris validiscum esset, ad latrocinia sese



sefe adjunxit, ab iis ad Hoseini Ta- A.C. A.H.  
 tarici regis aulam, equosque regios  
 curandos, ab his denique ad bel-  
 lum: In quo quia vulnus acceperat  
 immane luxato femore, hinc vitium  
 utriusque pedis contrahens claudica-  
 vit, & Arabice lenc i. e. claudus sive  
 claudicans dici cœpit.

Sociis ergo XL. adsumtis novum  
 Imperium parat, Hoseino Rege tru-  
 cidato A. H. DCCLXXI. Postea Tur-  
 kestanam Samarkandamque regiam  
 subegit, & ducta Regis Mogulensium  
 Kamereddini filia Chorasmiam, Ca-  
 tajam, Indiam, Persiam, Parthiam,  
 Mesopotamiam, Syriamque armis  
 domuit.

Hinc in Asiam minorem movet, 1400 802  
 Turcomannis & Principibus ejectis  
 auxilia, quæ imploraverant, latu-  
 rus, provincias Bajazethi subditas  
 invadit, capta per vim Sivaste: Sul-  
 tanum vero Ægyptium al Malec A-  
 bul Saadat Pharaj castris exiit, Ale-  
 bo & Damasco, urbibus amplissi-  
 mis, occupatis.

Anno post Bajezethen Turc. Sult.  
 immensis prope myriadum octoginta  
 copiis persecutus, exercitu copioso  
 haud longe inferiorem superat, cum  
 pars magna Tatarorum, quos Tur-  
 cus



- A. C. A. H. cus habuit, militumque primo concursu ad Timurem transierit, alterque Turci filius Mostapha caderet, alter autem Soliman aufugeret. Pater itaque haud procul ab Ancyra captus in victoriis manuum pervenit, ferreaeque inclusus caveæ, ne Samar Kandam Timuris regiam abduceretur, vel morbo anginae vehementissimo, vel manu sua violenta interiit.
- 1403 806
- 1404 807

Timur autem Tataria repetita dum regnis Indicis pluribusque quotquot erant, Orientalia subjugandis incubuerat, vitam finiit A. H. DCCCXXXV. anno ætatis XCIX. imperii XXXVI. *Dominus ille angulorum climatum septem; possessor maris & lati seu terra. Victor Regum & Principum: Quem in titulo sese haberi voluit nominari, teste Arabschaj.*

Tum temporis Jingiz Chanismus ab Jingiz Chan, Tatarorum Mogulensium Monarcha dictus per Tartariam Asiamque omnem longe lateque serpsit: Religio nempe mixta ex Mohammedismo & Tatarico Ethnicismo, haut aliter, quam Samaritanismus ex veteri, quondam Judaismo. Nam Mogulenses Tatari reli-



religionem Mohummedicam complexi plurimum ex ethnicismo pristino admiscuerunt: Vnde lex Jingiz Chanica, quæ apud Tataros nonnullos hodieque obtinet.

A. C.

A. H.

Imperium vero illud vastissimum inter filios Timuris nepotesque distractum, & à præfectis rebellibus dissectum haud diu stetit. Quatuor quidem parens filios suscepit, quorum nati tres maximi Gur, Hemar, & Miran Shah ipso vivo decesserant; quartus Shah Ruch Bahadur Sultan Irakam & Chorasanem tenuit; nepotes Bir Omar Persiam; Chulil Sultan Mirani filius Samarkandam Septennio; Aladdanlas Mirza Parthiam, & Mohammed Olud Beg Turkestanæ partem maximam: Omnes bellis mutuis & rebellionibus immerfi.

V. Filii Bajazetis quinque adhuc 1404  
superstites aut metu aut odio disse- 807  
derunt, nempe Soliman, Mosa Zelebi,  
Isabeg, Mohammed atq; Kasem, donec  
summa rerum Mohammedi uni ob-  
tingeret.

Soliman Chellabi Emir quidem Hadrianopoli capessit imperium, & digressus in Asiam Mosæ fratri profugo bellum infert. Mosa confert sese



**A. C.** **A. H.** sese in Walachiam, & auxilio Wai-  
wodæ Murzis in Romaniam, ubi  
fuso exercitu, & fratre ab incolis vi-  
ci, ad quos profugerat, combusto  
sufficitur, postquam ille septem  
annos Turcis imperaverat.

1410

813

Al Malec al Asraph Mofa imperio  
potitus, quædam subegit oppida, &  
Constantinopolin crebris excursioni-  
bus vexavit. Sed Mohammed Sul-  
tan rebus Asiæ compositis, fratrem  
appetit, urgetque ab suo exercitu  
desertum, & Hadrianopoli fugien-  
tem, donec certando inferior ubi

1413

816

fugam arripuerat, captus, sibi que  
tractus in tentorio strangulabatur,  
inde Prusam iussus avehitur, ut condere-  
tur, postquam triennium regnarat.

VI. Sultan Mohammed subacta  
Romania solus imperium gesit, &  
Carmanniæ Principem, qui Prusæ  
obfessor incubnit, debellatum ad  
conditiones pacis adegit, Conia rur-  
sus occupata.

1415

818

Inde Walachiam invasit, Wai-  
vodæque tributum injunxit an-  
nuum: In Asia Burgluzen Musta-  
phan Prophetæ sumto nomine sedi-  
tiosum opprimit, & in frustra con-  
cidi jubet: Torlucem Huggiemul  
rebellem alterum necari suspen-  
dio;



dio: tertiumque Scheicher Bedred- A. C. | A.H.  
 dinem captum patibulo suffigi.

Hunc finem anno ætatis XLVII. 1421 | 824  
 imperio VIII. inter perpetuas turbas  
 fecit Mohammed, Prusæ monumen-  
 to patrio illatus.

Ex Mamluccis Circasiiis al Naser  
 Zinoddin Pharaj, quem Timur fu-  
 derat, Ægyptum sex annos tenuit, 1405 | 808

fratrique al Mansur Ezzoddin ad  
 duos menses cedit; mox denuo suc-  
 cessurus, & per sexennium præfutu-  
 rus: Donec repulsus Damasci mise- 1412 | 815  
 re periret, Chalifamque al Mostain  
 Billahi successorem haberet.

Sed alius Circasiorum non ita  
 multo post Sheich Abul Naser e ser-  
 vitio Barkuki regnum obtinet annos  
 octo, mortuusque filiolum Scheha-  
 hoddin Abul Saachden sibi proxi-  
 mum successorem: Illoque ad car- 1421 | 824  
 ceres damnato Abul Phatah Tartar  
 ex Barkuki mancipiis vix nonaginta  
 quinque dies imperat; hujusque fi-  
 lius decennis quatuor menses. Do-  
 nec Abul Naser Barsebai e Barkuki  
 mancipiis emergeret, annosque se-  
 decim regno potitus decederet.

Chalifatum interea Ægyptium al 1437 | 841  
 Mothaded billahi filius Mota Wacce-  
 li annos triginta, hujusque frater al

I Mo-



A. C. A. H. Mostacphi billahi decennio tenuerunt.

Hoc seculo duæ Principum Turcomannorum familiæ in Assyria & Mesopotamia prævaluerunt: Altera

1420 823 *Kabrakuyouli b. e. Ovis nigra*, quæ Sivvasum & Arzenganam sub Kara Joseph Amir Escander i. e. Alexandro, Jahan Shah fratre hujus, & Acen Ali ad H. A. DCCCLXXI. continuavit: Altera vero *Ak-Kuyouli b. e.*

1406 809 *Ovis alba*, quæ Diarbecram hujusque urbes in potestatem redegerat sub Tur Ali Beg, Kottli Beg, & Karah Ilug Othmane. Hunc Timur Lenk Imp. Tatar. ob operas in Rumæa seu minori Asia obruenda præstitas pluribus auxit regiunculis, donec nonagenario major excederet.

848 Succesit patri filius Hamzah Beg, eique demortuo fratrum ac filiorum par nobile, Jahan Gir, & Hasan al Tawil, Persice Ozun Acen Beg, Leunclavio Vsun Chasan, de quo infra commemorabitur.

1421 824 VII. Soltan Morad Chan (Amurathes) Turcicum idque paternum exritu imperium sumit, turbis Europæis & Asiaticis infestum, simulac pater obierat.

Dus-



Dusmes autem Mostaphas capta Romania Sultanum sese haberi voluit, donec laqueo suffocabatur: Frater etiam Mustaphas in Asia seditiosus de medio tollebatur.

A. C.

A. H.

1425

827

Amurathes Asiae turbatis regionibus praesidia imponit: Lazarum Despotam exturbat Servia; Thessalonicam Venetis ademptam occupat: Duobus post annis Hadrianopoli palatium struit deliciosum, eoque sedem transfert.

1429

831

Johannes Castriottus, Princeps Epiri seu Albaniae juratam fidem Turcico Sultano dederat, quatuorque filios obsides, quorum nomen minimum in circumcissione nomen Scanderbeg i. e. Alexandri Domini acceperat, cum antea Georgius vocaretur. Patre igitur defuncto hic animi & corporis magnitudine praestans in patriam effugit, eamque sibi cum Croja urbe munitissima Turcis ereptam asseruit. Amurathes illam postea nec exercitu ad 136000. bis coacto, nec fame, nec armis domare potuit; donec filius domaret, mortuo Scanderbego, qui rerum potuit; donec filius domaret, mortuo Scanderbego, qui rerum potitus ex A. 1443. ad A. 1465. legitur. Vid.

I 2

Marin,



A. C.

A. H.

Marin. Barletius in vita Scanderbeg.

1443

847

Hinc in Asiam transiturus, & Ibrahimum Caramanniæ principem repressurus, sponte imperio sese abdicat, filiumque Mohammedem substituit. Bella tamen strenuus administrat, conflagrante Hadrianopoli;

1451

855

nunc Asiam nunc Europam repetens, donec obiit anno ætatis XLIX. imperii XXXI.

VIII. Sultan Mohammed Chan sive Mohammedes II. ex regni paterni societate simulac unus solium conscendit, cæsis fratribus Ibrahimio Caramanniæ Principi pacta extorquet.

1453

857

Rebus ita per Asiam pacatis, Constantinopolin summo tentatam impetu capit XXIX. Maji ( ut fert communis Christianorum opinio ) juxta Arabes XX. Jomadæ prioris, & Martis quidem die. Porro Moream & regiones Asiæ nonnullas domuit; Walachiam rejecto Waivvoda Dracole subegit; Mitilenem classe maritima; Bosniam Rege occiso; Albaniam, Epirumque. *Hæc fuit periodus Græco Imperio fatalis.* Tum vero quum Husan Altavvil sive Ozun Acen beg Leunclavio V. fun

1460

865

fun



sun Chafan, gentis Turcomanniæ Princeps, Persia, Parthia & Samarkanda domitis, itemque Johann Shaho, Turcomannico Rege, ac Abu Saido Tataro victis insolentior, Armeniam & Carmanniam irrupisset, hunc Mohammedes clade affecit maxima, ejusque filium Zeineden amputato capite trucidavit: Sed hæc cruenta fuit Turcis victoria.

A.C.

A.H.

Biennio post Chersonesum Tauricam & Crimæam Tatariam duce Achmede Bassa subigit; Moldaviam deprædatur; Iscodaram diuturna occupat obsidione; Rhodum classe potenti obsidet. Hinc abiens Mesites Vezerius Otrantum Italiae urbem cepit, omnem Apuliam depopulatus.

1473

878

Denique Mohammedes, imperii Constantinopolitani & Trapezuntini domitor sævam animam efflavit anno ætatis LI. imperii XXX. Princeps sanguinarius & versutus.

1441

886

Bayezid Chan sive Bajazathes II. annos triginta natus sedem occupavit regiam, fratremque Sult. Zemen in Anatolia seditiosum compescuit, Meccensi peregrinatione feliciter functus: Interim frater ad Christianos profugerat.

1485

890

I 3

Suc-



A. C.

A. H.

Succubuit quidem Sultano Ægyptio al Mahumdo al Dhahero duobus in præliis : Hungaros tamen & Walachos strage multavit varia, & Moream capta Methone Coroneque dedita subegit.

1493

899

Ex Mamluccis Circasfiis dominatum habuerunt Ægyptium plures brevi, pauciores longo tempore;

1453

857

Puta Said Jakmak annos XIV. al Malek al Olai annos VIII. octogenario major & litterarum omnium ru-

1460

865

dis : Chofkodam abu Said al Rumi seu Rumæus, Regum suo tempore præst. Optimus VI. annos ; Kayet-

1467

872

bai al Mahmudi al Dhaher annos XXIX. rebus contra Bajazethen gestis inclytus, Ægyptique vindex

1495

901

optimus.

Chalifatum interea gesserunt Davvoud, Abul Kabia Soliman ; al Kayem officio depositus : Abal Mahafen Yuseph ; Abdol Aziz post annos novendecim defunctus : al Mostanser billahi Abul Sahr ad annum seculi sequentis vigesimum.

1497

903

Tum ceteros præstabat in Tatarico imperio Timuris nepos, Mohammed Olug Beg Sultan, litterarum gloria major, qui suo sumptu Astromicas Tabulas componi iussit a tribus Astro-



Astronomiæ tum peritissimis Viris: *A. C.* *A. H.*  
 unde has Vlugbegicas vocant, ab 1449 853  
 Jo. Gravio divulgatas.

Sed pater ab impio per tumultum  
 filio necatus occidit; Ei post filius  
 Abdollatiph Mirza, telo fortuito  
 trajectus; itemque Mirza Abdollah  
 patruus & Ohugbegi gener, ac Sul-  
 tan Mohammed Mirza, Baisenkari  
 filius nec eadem laude celebres suc-  
 cesserunt.

Huic cæso frater sufficitur Sultan  
 Abulkasem Baber Mirza, annos un-  
 decim regnaturus, suaque periturus  
 morte: Abu Said, Timuris abnepos, 1456 861  
 ab Hafano al Tavvilo sive Usun  
 Chasano post annos duodecim per-  
 emptus; & Sultan Hofain Mirza 1468 873  
 qui Amir Zadeh Principem captum  
 vita privari voluit, & ipse post an-  
 nos viginti octo demortuus.

Hafano al Tavvil sive Usun Ca- 1492 898  
 fano e Turcomannorum progenie  
 surrogatur filius Chalil Beg; eique  
 cæso frater Yacub Beg Veneno post 1478 883  
 annos duodecim extinctus, sed Ba-  
 jazethi, dum viveret, amicitia li-  
 terisque mutuis conjunctus. Hinc 1490 896  
 inter patruos fratresque disfidium  
 intercessit, donec Soltan Ahmed  
 Ogursem, Usun Cassani nepos ob



religionis Mahomedanæ studium periret, ultimusque post Alvandum Mirzam Morad, Yacubi filius, ad regnum e carcere suo extolleretur.

## CAP. III.

1500

**M**etho urbs Venetis erepta, die Divi Laurentii. Episcopum ejus loci decolari jusfit Bajazethes in suo conspectu, oppidanos ad unum omnes necavit, ædificia maxima ex parte incendit. Miserunt eodem casu, Dyrrhachium, quod inopinantibus omnibus est occupatum.

1501

Quidam ex Christianis Regibus, Venetis amici, una cum ipsorum classe, cui benedictus Pisaurus præerat, Æginam & Mitylenem depopulati sunt, Tenedum incenderunt, Samothracem & Carystum diripuerunt: Pylum receperunt, Cephalenem & Nerithum, quæ hodie Divæ Mauræ appellatur, ceperunt, Naupliam obsidione liberarunt.

Eodem anno Venetus præfectus  
Leu-



Leucadiam munitiorem factam pacis causa, Turcæ restituit.

Turca sibi timens, propter rumorem de Elia Propheta Persico acceptum, supra ducentas domos Constantinopoli imperavit una cum habitatoribus cremari. Fuit autem tantæ æstimationis ille Propheta, ut supra centum quinquaginta hominum millia ejus sectam & castra, quæ ornatissima fuerunt, sequerentur, & inter se omnia haberent communia.

1502

Eodem anno cum Lauredano Venetiarum duce, & Ladislao Rege Vngarorum pacem & foedus Turca iniit. Intestina inter Bajazethem, & Zeyinum cœperunt discordia.

Alexium adjacentem Illyrico Insulam, arce destructa, & deductis in Coloniam incolis, Turcæ tradiderunt Veneti.

1503

Rex Hispaniæ in Mauritania Cæsariensi contra Saracenos Magnum portum obtinuit. Rex autem Persiæ conserens victrices manus in Asia cum Turcicis copiis eas delevit.

1504

1505

Granum Africæ civitas populosa, & opulenta ab Hispanis occupata est. Bugia quoque in Africa Hispanorum armis capitur.

1509

1510

I s

Zely-



1511

Zelymus minimus natus ex Bajazethis filiis patri ætate confecto infidias, fratribus interitum stravit. Hos quippe tandem cum ipsorum filiis strangulari jubet, patrem toxico per Judæum tollit.

1512

Zelymus factione militari, & studiis popularibus Imperator salutatur & eligitur X. Turcarum Rex.

1513

Acomathes Zelymi frater Persicis auxiliis adjutus, bellum movet, sed fortuna illi invidente capitur & strangulatur.

1514

Pacem cum Venetis atque Vngaris Zelymus renovens, contra Ismaëlem Persarum Regem proficiscitur, eumque ad Calderamum oppidum vincit, & fugat, Taurum regionem civitatem, olim Artaxata nominatam, sine sanguine, & sudore capit.

1515

Zelymus vincit Joannem Cepusiensem Principem, & bellum contra Aladulum Cappadociæ Regem suscipit, ducemque ejus in fuga captum decollavit, caputque in victoriæ signum Venetias misit.

1516

Zelymus Campsonem Caurum Ægypti Sultanum, cum omni suo exercitu devicit, Sultano etiam in fuga pereunte. Belli autem fortuna

na



na prospera usus Alkairum, Alexandriam civitates turrigeras, ac populosas, totamque Ægyptum suo imperio subdidit. Damascum Syriæ, amplam ac celebrem civitatem debellavit.

Pons a Zelymo navalis supra Nilum constratus, ut Tomombejum Ægypti novum Sultanum insequeretur, quem per proditionem captum, & omnibus tormentis ac contumeliis vexatum, suspendi ante regiam mandavit.

Mauros, Saracena gentis reliquias, Carolus Hispaniarum Rex regno suo expellit, & Barbarorum circiter quadraginta millia occidit.

Zelymus mense Decembri extinguitur ultricibus furiis, eo in loco, quo patrem fuerat hostiliter persecutus. Huic successit Solimanus XI. vel si Moises, qui ante Machometem I. sed non diu, rerum potitus est, connumeretur, XII. Turcarum Rex, Imperator quartus.

Solimannus Belgradum urbem Daciae munitissimam expugnavit, Sabatium cepit, multasque arces, & castella in Vngaria diruit: In Croatia prædas agens, quinque hominum millia abripuit in servitatem.

Rho-

1517

1518

1520

1521



1522

Rhodum insulam quadringentis navibus adiit, & cum maxima hominum multitutine obsedit, sub Junii mensis finem. Rhodii milites conferentes, cum eo fortiter, manus, post varias & infinitas strages, viribus exhausti, civitatem tradidere, quam Turca ipsis Christi natalibus ingressus est.

1525

Sirmiensem Episcopatum, & omnem ejus agrum Turca suo subjecit imperio.

1526

*Mohacs*

Ludovicus Ungariæ Rex, contra Turcam Ungariam invadentem pugnaturus, suis ipse copiis præfuit. In acie victus, & sibi fuga consulere cupiens, in palude interiit. Multi insignes viri eo prælio desiderati, ex quibus Stephanus Slico maximum suis dolorem reliquit. Prælium commissum die decollationis Johannis: Buda Vegia urbs direpta, & nobilis Bibliotheca Matthiæ Regis incensa.

1529

Rhodii milites Meliten insulam Saracenis eripiunt.

Eodem anno Solimanus redit in Ungariam, Budam munitissimam arcem, receptam ab Rege Ferdinando, secundum obsidet, quam cum frustra laboraret evertere, iis qui eam tenebant, certis conditionibus pro-

pro-



propositis, persuasit, ut eam traderent. Inde ad Viennam Austriæ perrexit, quam secundo & vicesimo die septembris obsidet, & quinquies oppugnat, murosque quadam parte rumpit; sed cum multos suorum amitteret, desperatione adductus, fugæ sese tradidit. Ipso obsidionis tempore ex finitimis locis innumeras prædas egit, & hominum multa millia abduxit, virgines, & matronas nudas projecit, infantes & pueros palis, stipitibusq; affixit. In exercitu centum quadraginta millia virorum habuit, ex quibus circiter octoginta millia tum in oppugnatione Viennæ, tum in fuga frigore & inedia perierunt. Dux exercitus Christiani Viennam defendentis fuit Philippus, Dux Palatinus Princeps optimus.

Turcica clasfis tentat Siciliam, sed conatu irrito.

1531

Modanam civitatem maritimam Rhodii equites astu occuparunt.

Gunsum Ungaricum oppidulum, defendente forti & claro viro Nicolao Jurizio, cum ducentis armatorum millibus Solimannus terdecies oppugnavit, non captum tamen vi, sed deditione traditum. Audito  
au-

1532



autem Caroli Cæsaris adventu, qui octoginta peditum millia habuit, & triginta fere galeatorum equitum ex Germanis, Italis, Hispanis collectorum, exceptis Ungaricis equitibus. Turca non expectandum sibi ratus, per Noricorum montana fugit, multa præda onustus domum rediens.

1534

Solimannus Africanum & Ungaricum bellum molitus est. Corradinum enim Barbarossam classem suam præfectum in Africam, contra Tunetanum Regem misit, quem etiam regno privavit. Ludovicum vero Gritum, Andreæ Venetiarum Ducis filium, in Ungariam, ut Vaiyvodam ejiceret. Occupata autem Medevischâ Transylvaniæ civitate, quam Gritus tenebat, Meilanus Vaiyvoda ipsum cum exercitu obtruncavit, ejusque filios duos ante oculos patris in frustra conscidit.

1535

Carolus V. in Africam trajiciens, Altachenum Tunetanum Regem restituit, & ad viginti captivorum millia e servitute liberavit; Tunetam cepit die Joannis Baptistæ.

Eodem anno Taurus Persiæ civitas a Turca vi capitur, in qua cum securius agerent milites, improvise Tahamæ Persarum Regis adventu  
fex



sex & quadraginta Turcarum millia opprimuntur. Spoliis amplis, & imperatoriis concubinis Persæ cum magno hostium dedecore potiti sunt.

Cambajæ Rex Indicus, bello lacesitus a finitimis Turcæ faventibus, Regi Lusitaniæ se faciens tributarium, ab eodem defenditur.

1539.

Solimannus ex Ponto & Propontide centum quinquaginta triremes, biremes octoginta, ducenta simul, & septuaginta varii generis navigia collegit, quibus Corcyram Venetæ ditionis insulam, aggressus decem dies obsidet, incensisque suburbanis, & agris devastatis, multisque incolarum aut occisis aut captis discedit. Zacynthum, & Cytheram populatur, Æginam expugnat, & complanat, Parum capit, Naxum tributariam facit. In Apuliam majorem, & meliorem classem partem, in quam decem millia lectorum peditum, & duo millia equitum robustissimorum impulerat, mittit, & totam Tyrrheni maris oram ibi deprædatur. Classis Imperatoris, Pontificis, Venetorum conjunctæ, ducum ambitione, & discordia dissipatæ sunt.

1539.

In



1538

In Stiriam incursiones fecerunt Martilosi nominati, genus hominum agreste, & latrociniis deditum, sed incolarum virtute repulsum est.

Eodem anno clasfis Turcicæ præfectus Adenam Indiæ civitatem copiosam adit, Regem ad se pacifice evocatum suspendit. Dium emporium ad Indi fluminis ostium tentat, a quo non tam armis Lusitanorum, quam infidiis repellitur, cum summa trepidatione ut fugeret.

Eodem anno Calciani ducis perfidia a Christianis infeliciter contra Turcas in Savia pugnatum est.

1539

Venetici cum Turca pacem renovarunt, traditis illi trecentis millibus coronatorum, & Nauplia, ac Monembasia oppidis, in finibus Macedonia.

Eodem anno juxta Epiri littora Turcicæ naves quinquaginta naufragio perierunt, hominum millia viginti, quos tempestas non hauserat, fames ac pestis absorpsit.

Eodem anno Castellum novum in Dalmatia, Ducatus S. Sabæ vocati oppidum, & Rizanam ceperunt Christiani.

1540

Castellum novum, quod Hispani & Germani milites tenebant, con-

niven-



niventibus Venetis, à Turcis receptum, & direptum est, incolis & militibus de more, gladio occisis.

Turca relictus tutor Joannis Vaivvodæ infantis filii, cum in Vngaria Ferdinandus Rex Budam oppugnet, à Georgio Monacho Vaivvodæ gentili vocatur. Qui Buda capta, infantem una cum matre sequi castra jubet, ipse arcem ingreditur, & Pestum e regione positam civitatem, omni apparatu bellico tum instructam, sui juris facit, die Nativitatis Mariæ.

1541

Eodem anno Carolus Imperator contra Barbarossam, ad capiendum Algeræ portum, in Mauritaniam Cæsariensem ferius navigans, & (ut ajunt) Pontificis colloquio Lucæ detentus, naufragium fecit. Ipse in Baleares insulas vento rejectus est, multis navibus ex pulcherrima illa classe vi & injuria tempestatum amissis. Germanus miles Italo fugiente fortiter contra Mauritanos pro Cæsare pugnavit.

Expeditio in Ungariam facta, ad recuperandam Budam, Duce Joachimo Brandenburgensi Electore, plures milites morbo, quam armis perierunt. Oppugnationem tenta-

1542

K

verunt



verunt quidem , sed non urserunt: Mauritiū Saxoniae Ducis virtus tum maxime eluxit.

Eodem anno Strigonium novendecim dies obsessum proditione Salamancæ capitur postridie Laurentii: Quinque ecclesia Episcopalis urbs solo æquata.

1543

Pacis conditiones Ferdinando Regi cum Turca initæ ad certum tempus , quæ utrique parti armis fessæ gratæ fuerunt.

Eodem anno Catharum Dalmatiæ Barbarossa Turcicus præfectus obsedit ducentis triremibus , sed virtute Joannis Matthæi Bembi repulsus est. Portum villæ francæ , & Niciæ idem Barbarossa incendit , sed prædam & captivos ei extorserunt Garfias Neapolitanus , & triemes Rhodiæ non procul à Sicilia littoribus.

1546

Poloniæ Rex Sigismundus castellum quoddam Turcæ prope regni sui fines ædificatum , duce Bretevitio diruit , & evertit.

1547

Mustapha Solimani filius , reliquis liberis à patre sublatis , solus imperio destinatus , cupidus paterni imperii , sollicitavit populos Ægyptios , & commovit Persarum arma in patrem.

Soli-



Solimanus contra Tolcham Regem Persarum maximo cum exercitu profectus, signis infelicibus pugnavit, suis fame & inedia amisissis in Persia, & Tartaris socia arma jungere volentibus, cæsis in minore Armenia.

Eodem anno Curculajus Turcicus pirata viginti biremibus, & triremibus contra induciarum pacta, Siciliae & Campaniæ littora infestavit improvisosque accolos adoriens, ingenti præda ditatus est.

Eodem anno Saraceni Mauritani, auspiciis Regis Sarsensis tumultuantes, ducum Cæsarianorum Seriani & Albani virtute represæ sunt; Portugallia, & Hispania ab incursione liberatæ.

Turca ut vindicaret recentem ignominiam, novos exercitus conscripsit contra Persas, & primum milites suos stipendiorum amplificatione invitavit, deinde sociorum animos per legatos confirmavit. Sed copias apparatusissimas foris fame & peste amisit, eodem morbo Constantinopoli grassante, quam centum triremium præsidio absens, munierat, ad septuaginta hominum milia sublata sunt.



1550

Ineunte hoc anno Solimani mors falsis rumoribus nunciata est, qui triginta annos populum Dei afflixit.

Hic annus autem cum Jubilæus habeatur, & apud Ebræos olim annus mitigationis & levationis fuerit, te oramus Deus æterne, mitiga propter Filium tuum mala tot annos Ecclesiæ tuæ illata, conserva pro immensa misericordia tua doctrinam Evangelii, ut sublatis Machometanorum blasphemis, gloriosum fiat nomen tuum in gentibus: Excita ad necessarium bellum Principum Christianorum animos, ut liberato grege tuo ad impiissimo Tyrannidis jugo, tuam bonitatem & potentiam agnoscat, atque prædicet orbis universus. Amen. *Hactenus Chronicon Dresch-berianum.*

Ad

## CAP. III.

A.C.

A.H.

1501

970

**B**ajazethes Mitylenen decies octies oppugnata sibi classe vindicat, Venetosque ad pacem adegit & munera.

1509

915

Constantinopolis per XL. dies vehementissimo terræ motu quasata, jacturam mœnium, turrium, domumque fecit maximam.

Tum



Tum vero provincia Tekiensis, novos tumultus conflaverat, auctore Chasane Chelife, filioque hujus Scachoculi, Viro primario, sectam novam agitantibus: Qui Bassum Anatoliæ vivum palo affixerunt, & filium Bajazethis Korkuden una cum copiis profligarunt; Alin Bassam fuso Tatarorum exercitu necarunt, & in Barthiam sese receperunt, ab Ismaele Schaho denique dispersi. *Hæc est Eliæ novi Persici tragædia, quam Auctor obscurius paulo memorat.*

Selimus, fratrum natu minimus, 1511  
patrem salutaturus, e provincia, cui præerat, Hadrianopolin petit, sibi que de magno militum comitatu, quem habuit Bajazethes, metuens, paterna non procul à Zotlo agmina assecutus vincitur, & Cofen aufugit. Hinc reversus, a seditiosis Janizaris ad urbem arcesitur, rejecta Achmete, qui legatos miserat, fratre, & Iscodarum Constantinopoli vicinam concesserat.

Illo digressio Korkudes advolat, Selimo obviam iturus: Hoc præsentem Bassas Janizari urgent, Bajazethi suadeant, throno discedere, ac Selimen filium huic admoveere.

Quo difficiliter inducto, filioque 1512

K 3

ad

917

918



A. C.

A. H. ad osculum admisso, Selimes ab Janizariis Imperator agnoscitur, creatur.

Bajazethes Dimotacum secedens, qui vicus est Chapsæ, veneno aquæ infuso periit, ipse doctus & doctorum amantissimus Imp. ubi annos XXXII. regnando, LXII. vivendo degerat.

Tum Ismaël Sophi, novus apud Persas Monarcha eminuit; Avus superiori seculo jamdudum clarus Jonaid, Scheichi Abrahami filius, ad Hofein Alin, e Chalifis prioribus quintum profapiam reduxit, & bello Gorgios persecutus, Shirasvvanicum sua manu cæsus occubuit.

Pater autem Ismaëlis, Sheich Hadar al Suphi h. e. Senior sectæ Sophiorum Gorgios adortus, Rege trucidato Coronam e panni rubri duodecim particulis (ea sectæ Haidariticæ corona dicitur) sibi sumpsit, & Schiravvanum aggressus cum affectis sex millibus, quos duxerat filiisq; præter duos, Ismaëlem & Yar Alicecidit.

Uterque ab Yacubo Bege Turcomanno in vincula coniectus, ab hujus successore Rustam Mirza libertati restituitur; ea lege, ut proxime a  
Patris



Patris sepulcro sub pauperiorum religioſo habitū ſeſe contineant. A. C. A. H.

Cum vero Ahmedem Ogurluem 1500 906  
extimeſcerent, fugam capiunt, latentque, dum ex Ali ſectariis aut Alifequis collecto exercitu al Wandam Mirzam ſuperant, ſibiſque Aderbijanam Perſiæ provinciam Shah ſive Regis titulo ſumpto Iſmael ſubjicit: Unde regnis finitimis Bagdadoque ultimum Akkoy-unliticæ familiæ Regem exturbat.

Denique bello aggreſſus Scheibeg 1508 914  
Uzbe Tatarum Chanen Chorafani terrarumque plarium Regem oppiis exutum perimit. Scheibeg vero ille Abulchaituzbegi filius, duos e ſtirpe Timuris Hoſaino progenitos fratres, Modhaffer & Badiozzaman Mirza ſuis regionibus exturbarat, altero ad Iſmaelem Sophi Perſicum, altero ad juga Chorafani ultima digreſſo, ibique mortuo.

Iſmael poſtea ejusdem ſtirpis ultimos abul Mahan Mirza & Gil Mirza, quos Dhul Nun Argun Kandaræ Princeps reſtituere conabatur, captos necuit, cum Argun pugnaturus caderet. *Sic tota Timuris progenies, hujusque in Chorafano imperium fuit extinctum: Quæ fatalis*



**H. C.** *A. H.* *Turcomannorum etiam sub Ismaele periodus fuit.* Ismael cranium Scheibegi auro gemmisque ornatum, sibi pro poculo, quoties vinum biberat, habuisse fertur.

1513

919

**X.** Soltan Selim Chan simulac quadragesimo ætatis anno ad imperium pervenit, fratres æmulos, quos metuebat, Ahmeden Kurkudenque copiis instructatus bellicis, eorumque filios, quoscunque prehenderat, strangulari iussit.

1514

920

Anno post bellum Regi Persico Shah Suphi parat, quadringentis hominum millibus coactis, ejusque agmina non minora, cum acerrime per diem integrum stetissent, in fugam conjicit.

Ismael cladem utriusque partis horridam adversatus, vulnere accepto Tebrisiū se recepit, captis uxorū una, Badiozzamane Timuris pronepote, & bellico apparatu.

Selim vero Dulgadinensem Principem Aladdauten capite truncari iussit, & Janizariis tumultuantibus Epolin repetiit, ubi pronepos Timuris honeste habitus obibat.

Denuo collectis copiis novam contra Persas expeditionem meditant, a Soltano Ægyptio, qui exercitum

citur



citum prodicturis opposuit, impeditur. A. C. A. H.  
 Quintus ille hoc seculo ex Mamlucis  
 Circassis, qui regnum brevius te-  
 nuerunt, Kansu al Gauri annos  
 quindecim rerum potitus, cum in  
 pugna, quam subiit, vehementis-  
 sima equo decidisset, miserrime cal-  
 catus vitam finiit.

Selim Halebo capta Syriam sub- 1516 922  
 egit, inde per Palæstinam & Arabi-  
 am ad Ægyptios migraturus, supe-  
 rata solitudine Alcairam petiit, ibi-  
 que cum Rege ultimo Tunam Bai  
 al Jarçassi vehementissime con-  
 currit.

Disfipati Ægyptii urbem Turcis 1517 923  
 irruentibus relinquunt, in suo nata-  
 turam sanguine. Rex ab Arabum prin-  
 cipe quodam in manum victori tra-  
 ditus, ad urbis portam suspendio ne-  
 catur. *Hic tragicus & fatalis exi-  
 tus servili debebatur dominatui, qui  
 Mamluccos Turcicos æque ac Circas-  
 sios annis ducentis septuaginta quin-  
 que manserat.*

Selimus Ægyptum suo subdidit  
 imperio, & in Sangiacatus divisam  
 ita constituit, ut Jonuzi Bassæ urbs  
 Alcaira subesset. Ipse Gazam di-  
 gressus, & continuato itinere Con-  
 stantinopolin quieti sese dedit.



A. C.  
1519A. H.  
926

Denique imp. pestilente carbunculo, dum petit Hadrianopolin, correptus, periit, cum annos octo imperium, quinquaginta quatuor vitam crudeliter traxisset: Trium linguarum Arabicæ, Persicæ, Turcicæque gnarus, carmina in singulis bona pepigit: Nonnunquam personatus plateas obiit, ut quæ fama de rebus suis, quæque hominum existimatio esset, doceretur ipse.

Tum etiam regno inverso Ægyptio al Mota Waccel Alal lahi Mohammed, Chalifarum Abbasidarum ultimus, Constantinopolin abductus, & carcere detentus tandem dimittitur, ut posito Chalifatu vitam privatam apud Ægyptios claudat. *Sic ergo Chalifatus uti dudum potestate sua, sic & nomine suo destitutus jacuit. Jamque Turcicus Imp. hunc honorem sibi etiam asserbat, ut pro suggestu inter preces publicas Selim Chan duorum locorum sacrorum illustrium (Meccæ nimirum Medinæque) minister clueret.*

XI. Soltan Soliman post decem dies, quibus mors paterna latuerat, a Basfis monitus, urbem petiit, sedemque imperatoriam adscendit.

Primum



	A. C.	A. H.
Primum expeditionis bellicæ specimen in Alba Græca seu Belgrado dedit, urbe Hungarorum munitissima, quam nudatam mœnibus expugnabat: Alterum in Rhodo capta, & Ordini S. Johannis equestri, qui Saracenos expulerat, erepta.	1520	927
Tum Ismael Shah, Persiæ Rex, quieti otioque deditus diem obiit, cum annis triginta octo vitam, viginti quatuor novum sustinisset imperium, eique successorem filium Shah Tahmasp (apud Texeiram legitur Xa Thamas) relinqueret.	1522	929
Tum Ismael Shah, Persiæ Rex, quieti otioque deditus diem obiit, cum annis triginta octo vitam, viginti quatuor novum sustinisset imperium, eique successorem filium Shah Tahmasp (apud Texeiram legitur Xa Thamas) relinqueret.	1523	930
Soliman nova in Hungaria facta impressione, Regeque victo Budam cepit, & diripuit mox sine præfidiis relinquendam: Bannum vero Erdeli seu Principem Transylvaniæ Regem fecit. Hinc reversus seditionem in Asia extinxit, auctore hujus Kalender Zelebe conciso, & factiosis omnibus per Abrahamum Bassam fufis.	1525	932
Shah Babur Rex Mavvaranaihareus a Scaibeko pulsus ad Indiam profugit & copiis Persicis ab Rege Shah Tamasp adjutus, regna nonnulla Indica subegit, Magni Mogolis Tatarico suscepto nomine. Successor post quadriennium Baburi filius	1526	934



A.C. A.H. lius Nomajon A. 1530. ab Rege Indico Ozer Chan ejicitur, sed auxiliis Persicis post quinque annos regna Candahar, Kabul & Indostanam recuperat. Schaibekus autem sex regna Kunkam, quæ uno vocantur nomine, invasit, & dividenda posteris reliquit.

1528

935 Mox Hungariam Solimannus tertium accessit, Buda per deditioem iterum capta & Vienna per dies viginti summo cum impetu acerrime oppugnata. Sed cum frigus vehemens incideret, obsidionem solvit, Constantinopoli moriturus.

1532

938 Post nova excursionem Austriam irrumpit: Dux autem agminis palabundi Casan Waivvoda ad internecionem cæditur cum universis prædatoribus.

Andreas Doria Moream peninsulam adortus, Coronen cepit, Baluque insulam, & tota ex regione prædam egit captivosque plurimos: Christiani tamen post biennium, ubi Bassa Chairadines vulgo Barbarossa, pirata nobilissimus, imminebat, conscens navibus secesserunt: Chairadines denique Tunetum subigit.

1534

940

Tandem expeditio Persica suscipitur suasu Ulum Begi qui unus Procerum



cerum ab Rege defecit, Constanti-  
nopolin digressus, ibique Sangiaca  
factus, Gurdistanum e Persis Princi-  
pem profligavit.

Mox Ibrahimus Bassa & ipse Soli- 1535  
man conjunctis copiis sequuntur,  
Tebrifiumque capiunt.

941

Shah Tahmasp collecto exercitu  
occurrit, sed impar viribus fugam  
arripiunt: Fugientibus instabant  
Turci, ast propè oppidum Heme-  
danen frigore ac fame, confecti cla-  
dem patiuntur maximam.

Hinc reversi Bagdadum capiunt;  
sed ineunte vere Tebrifium adorti  
regias sedes & quæcunque ibi erant,  
palatia destruunt: Inde abituros  
Shah Tahmasp obruit, multis mil-  
libus interemptis, cum Soliman Ha-  
lebum, & porro Constantinopolin  
concesfit.

Carolus V. Imp. classe ampla Tu- 1537  
netum obruit, ac hujus Bassæ Chai-  
radini, dum acerrime pugnabatur,  
cladem infert, urbemque occupat, a  
captivis, dum aberat Bassa, occlu-  
sam, Cæsarique traditam. Chai-  
radines fuga elapsus Constantinopolin  
adpellit, & Turcico Sultano expedi-  
tionem maritimam suadet: Corcy-  
tam depopulatus Italiæ nonnulla  
cepit

643



A.C. 1539 A.H. 945 cepit oppida, Dorianque fortiter  
 945 confligentem coëgit cedere.

1540 946 Pestifera lues & immane incendi-  
 um urbem Constantinopolim per-  
 vasisit, ut potior ejus pars in cineres  
 abiret.

Bannus Erdeli, quem Regem Hun-  
 gariæ Soliman præposuerat, decessit,  
 filio minorenni, cujus potestatem  
 mater ad se transtulerat, relicto. Pe-  
 trus ergo Perenius Waivvoda con-  
 sensu Procerum Budam obsidet. So-  
 liman vero cum adventaret, Pere-  
 nius furtim e castris proripuit sese ac  
 fugientem Hungari sequuntur. Tur-  
 cus postea urbi liberatæ Bassam con-  
 stituit, matre ac filio ad paternam  
 Erdeli regionem commigrantibus.

1542 948 Inde Soliman Constantinopolin  
 regressus, & nova post biennium ex-  
 peditione Hungariam pressurus, Stri-  
 gonium, Albam regalem, pluraque  
 oppida occupavit. Reversus Con-

1544 950 stantinopolin funus filio Mohamme-  
 di magnificentum parat, epulumque o-  
 pulentis ac egenis funebre, ut infau-  
 sta defuncti anima juvetur. Paulo  
 post Chairadines Bassa, piratarum  
 omnium Princeps, vitam cum mor-  
 te misera commutavit, Barbarossa  
 ille famosissimus. Hujus effigies  
 ad



ad vivum expressa in Cimeliarcho A. C. A. H.  
Serenisf. Ducum Brunsvig. Lune-  
burg. Wolfenbüttel. & nummo qui-  
dem aureo extat, nomenque BAR-  
BAROSSÆ Italicum adjectum; a-  
verlæ parti Arabica vocabula, qui-  
bus nomen Chairadin, Viro inter  
suos proprium obscure innui vi-  
detur.

Tum Erasces Ymirsha, Shah Tah-  
masbi, Regis Persici frater, Sirwa-  
næ cum imperio præfectus, ob si-  
multatem quampiam fraternam lon-  
gis Circasiæ ambagibus Cofen, at-  
que hinc Constantinopolim petit,  
suadetque Turcico Imp. arma Per-  
sas expedienda.

Soliman occasione datæ infer- 1549 955  
viens, irrumpit Persiam, Wano-  
vvasiani capto, & rapinis undique  
actis. Cum vero res ea sine fructu  
succederet, Erascique a Turcis Pro-  
ceribus insidiæ struerentur, hic in  
arcem Gurdistani Principis se rece-  
pit. Qui captum Regi Persico mi-  
sit, custodiæ mancipandum, ut expe-  
ditio illa redderetur irrita, & Soli-  
mannes reditum maturaret.

Hæc ergo notis Chronici Dresch-  
leriani & supplemento ex libris Ara-  
bum Turcicisque Annalibus suffici-  
ant:



ant: Apendix Rosiniana & cum ea  
Liber novus sive tertius iusto nunc  
ordine succedat.

## LIB. III.

APPENDIX CHRO-  
NICI TURCICI  
PRIMA

AB JOAN. ROSINO  
ADDITA.

## CAPUT I.

1550

**I**neunte vere, Dragutes Raifus,  
pirata celebris, auspiciis Soli-  
manni Aphricam Barbariæ op-  
pidum ( veteres Aphrodifium  
appellarunt ) occupavit, &  
præsidio muniit. Verum Andreæ  
Doriæ Imperatoris clasfis Caroli V.  
Augusti industria, atque vigilantia,  
& Monasterium Aphrodifio proxi-  
mum oppidum expugnatum, cæsis  
ex hostium præsidio trecentis: man-  
cipiis autem mille ac ducentis ab-  
ductis: & adjutante suis cum copiis  
Ferdinando Gonzaga Siciliæ Prore-  
ge, Aphrodifium ipsum receptum;  
ubi



ubi plurimi ex barbaris caesi; captivum septem millia capta.

Sinan Bassa, quia instructa cum classe, & adjunctis sibi Dragute, Salaque Raisis, arcem Melitensem frustra tentasset, transiectis in Africam copiis, Tripolim arcem, & oppidum ditionis Equitum Melitensium, eorumque praesidio munitam, fraude Dragutis & Salaë Raisorum, & prodicione Aramontani, Henrici Galliae Regis Legati, occupavit. Factum hoc die XV. mensis Augusti. Solimanus Tripoli Dragutum cum imperio Sangiacibegi praeficit, qui non contentus suis finibus, Carvennae Regem Maurum majore principatus sui parte spoliat.

Temesuarum Daciae oppidum à Turcis, ductu Al's Bassae Budensis obsidetur, ac deditione capitur, interfecto per scelus violatae fidei Stephano Losoncio, illius loci propugnatore. *Descripta extat haec hujus arcis expugnatio à viro clarissimo Joanne Sambuco.*

Lippa quoque Salimofus, Chianodia (Vlpianum veteribus dictum) Daciae oppida, cum aliis castellis occupata: Erasmus Feifelus, Ferdinandi Regis exercitus dux,  
L Sfor-

1551

1552



Sfortia Palavicinus, & Augustinus Sbardellatus, Vaciensis præsul ad Palastum cæsi: Dregeltum arx, Giarmatum, Zezenum, aliaque loca vicina, sub jugum Tyranni Turcici missa. Zolnoccum ultro cedentibus præfidiariis occupatum 3. die Septembris. Agria summo quidem cum impetu ab eodem Ali Bassa Budensi, Achmate Romanix Beglerbe-go, & Casane, aliisque pluribus begis oppugnatum, sed irrito conatu, & magno cum Bassarum dedecore: qui in ea erant Ducibus, aliisque fortibus viris eam feliciter defendentibus. *Extat hac de re Joannis Sambuci narratio.*

1553

Classis Turcica cum Gallicis conjuncta copiis ditiones maritimas Caroli V. Imperatoris infestans, gravissima Neapolitanis, atque Siculis littoribus damna infert. Capitur & Corfica Genuensium insula, incolis & præfidiariis partim cæsis, partim crudeliter habitis. Hæc tamen insula anno post sexto cum pax inter Philippum & Henricum, Hispanix, Gallixque Reges coivisset, Genuensibus est restituta.

Eodem anno Solimanus filium Mustapham ex Circassa susceptum, exer-



exercituique charum, veritus, ne ab ipso imperio excuteretur, e medio tollit, & paullo post filium etiam ejus unicum Amuratem, qui Prusæ apud matrem educabatur. Zianger minimus natus Solimanni filius ex Roxolana uxore, conspecto interempti fratris Mustaphæ cadavere, & exprobrato Patri verbis acerbissimis tam impio diroque facinore, statim suis manibus in propria viscera pugionem adigit, & cadaveri fratris incumbens expirat.

Turci copiis Gallicis auxilio missi, Plumbinum in mari Tusco obsidione cingunt, sed non sine clade rejecti, Elbam insulam conatu itidem irrito tendant.

1553

Ferdinandus Bohemiæ, Ungariæ, & Romanorum Rex Legatos de pace cum Solimano acturos Constantino-  
polim mittit, qui totum ibi biennium coguntur hæerere.

Bassa Budensis Capenisvarum, præsidiariis ad deditonem compulsis, & Babotzami nihil dum ab hoste perpeffam gravius, fide militari deserta, sese dedentem occupat. Zigaretum adoriturus, quum fortiter in hostem præsidiarii sese gererent, sui-  
que monerent, ne temere tentatam

L 2

obsi-



obsidionem solvere coactus, Solimanum offenderet, ab instituto discedit. Gesta hæc apud Ungaros per autumnum.

1556

Sequentis anni vere Solimanus Alim Bassam cum copiis denuo in Ungariam misit, qui Zigethum obsidione premeret, atque in potestatem redigeret. Is continuata ad tertium usque mensem oppugnatione, cum Christiani omnem vim hostilem magna cum strage Turcarum intrepide repellerent, infecta re militem cum machinis bellicis inglorius abduxit. Priusquam tamen soluta Zigethi obsidione se Turci reciperent, Sammartinum, Gerosgalum, Seliam, Sanlaurentium, & Caliangem (aliis Calamancia dicitur) partim flammis injectis absumpserunt, partim solo æquarunt. *Extat hujus Zigethanae obsidionis expositio edita à Joanne Sambuco.*

Ferdinandus, Ferdinandi Regis Filius, Archidux Austriæ, & Comes Tyrolis, validissimis copiis pro tempore contractis in Ungariam descendit, hostem aggreditur, & cum immortalis præclaræ victoriæ monumento reprimit. *De his clarissimus D. Petrus Raymundus Amadonus Medicinæ*



*dicine Doctor, & in ea expeditione  
Physicus.*

Eodem anno Transylvani à Di-  
vo Ferdinando Rege suo ad  
Joannem filium Regis Joannis nu-  
per reductum deficiunt.

Selimus, Bajazethesque fratres,  
Solimani filii, superstate patre inter se  
de imperio, & successione dimicant,  
victusque Bajazetes e Caramania  
cum viginti millibus armatorum,  
& quatuor filiis ad regem Persicum  
Tecmasem (Thammalum alii no-  
minant) profugit.

1558

Solimano, qui Selimi partes fove-  
bat, sollicitante, Bajazetes cum qua-  
tuor filiis in Persia, presente Soli-  
mani prægustatore, cui illi noti erant,  
adhibito nervo suffocantur, & genere  
mortis genti Ottomanicorum fami-  
liari de medio tolluntur: Cadavera  
necatorum Sebastiam deportata pro  
more monumentis inferuntur.

1559

Classis Hispanica flagitante ma-  
gno Magistro Melitensi ad recupe-  
randam Tripolim missa, cum ejus  
expugnandæ, quia præsidium au-  
ctum erat, spe dejecta esset; Gersen-  
sem insulam (quam ante Dragutes,  
Regulo Insulæ sub amicitia prætextu  
Tripolim evocato, & suspendio ne-

1560

L 3

cato,



cato interveniente proditione occupat, ejusque dominium alteri Regulo, sex aureorum millia tributum annui nomine pollicito permiserat) petit, nec magno negotio Regulum Maurorum adigit, ut tradito castello, deinceps Hispano se Regi parituum, & quotannis sex aureorum millia tributum nomine soluturum stipularetur: post congressa cum Turcis magnam accipit cladem, qua vel ab hostibus caesi, vel aquis absorpti, vel in servitutem abducti fuerunt, vel alioqui variis periere casibus decem & octo Christianorum millia, etiremes amissae XXVII. naves onerariae XIII. Gasto, Medinensis Ducis Hispani filius, in hostium potestatem venit.

Eodem anno Turci Fileccum in Ungaria superiore locum satis munitum occupant, ubi Sangiacum Solimannus constituit, qui Budensi Bassae subjectus esset. Neque multo post inducias Ferdinandus Augustus, ac Solimannus pepigere, quae utrique parti gratiae durarunt, quam diu Ferdinandus superstes fuit.

1561

Jacobus Heraclides Basilicus Despota, corrogatis quorundam Poloniae procerum auxiliis, Moldaviam  
inva-



invadens, Alexandrum ejus regionis crudelem Principem fundit, fugatque, & Moldavia pellit: Ipse Principatum illum occupat, profusisque apud portam largitionibus a Solimano, ut in eo pro more confirmaretur, impetrat.

Idem Despota a suis Valachis, hominibus improbis fraude circumventus, ut elabi non posset, die V. Novembris occiditur. In hujus locum vocatus a Valachis Dux Demetrius Visnovecius, non multo post, Solimano Constantinopolim vinctus ad certam necem mittitur. Cujus loco Thomsa Princeps factiosus salutatur: sed cum perexiguo tempore rem Valacham administrasset, ab Alexandro jam reverso expellitur, & in Rusiam usque fugatus, Sigismundi Augusti Poloniae Regis jussu ad Podoliae Leontopolim capite plectitur.

Duce Garzia Toletano feliciter occupata fuit arx in ora maritimae Africæ, sive Barbariæ sita, quam Pignonem sive rupem Velezi oppidi vocant, Turcicorum hactenus piratarum Hispanum pelagus infestantium, quod esset in præruptis posita scopulis & undique mari circumfluo

1563

1564



munita , receptaculum. Factum hoc mense Septembri.

Sub exitum ejusdem anni demortuo prius Ferdinando Augusto, die XXV. Julii, filioque Maximiliano vix imperium auspicato, Joannes Sigismundus Princeps Transylvaniae, ( Erdelibegum Turci vocant ) fretus viribus potentis patroni Solimanni, & perduellium quorundam Procerum, inprimis Georgii Bebeci consiliis incitatus, Zatmarum haud exigui momenti munitione , ejecto Melchiore Balassa , praefecto Caesaris, ac thesauris ejus , conjugē, liberisque captis, suam in potestatem redigit.

1565

Lazarus Svvendius Baro altæ Landispergæ , Dux exercitus Maximilianî Imperatoris, copias equitum, peditumque Germanorum in agrum Cepusiensem educit, mediâ brama Tocajum locum munitissimum Turcis defendentibus admirabili celeritate expugnat: quo capto, neque multo post ictu sclopeti occiso Francisco Nemethio praefecto, arx etiam a praesidiariis dedita fuit. *Expugnationem hanc diligenter descriptam edidit Johannes Sambucus.*

Inde Zerenzium in potestatem redigit,



digit, & Zatmarum, quam Transylvania Princeps superiori anno occupatam, de ejus defensione desperans, indefensam reliquerat, ob naturalem situs commoditatem mox instaurat. Hinc transmissis Tibisco Erdeudam, Cuvaram, Batozem, Vibaniam, Sendereviam, arces & dominia amplissima, aliaque insignia loca Maximiliani imperio subjecit.

Eodem anno Solimanus ingentem classem, quæ triremibus, onerariis, aliisque diversis navigiis 250. constabat, ad Melitem insulam oppugnandam misit: quæ S. Helmo, castello in ipso portus ostio expugnato, atque everso, post diuturnam validissimamque oppugnationem munitionis S. Michaëlis, Hierosolymitanis equitibus incredibili virtute locum tuentibus, cum quatuor menses hoc bello absumsissent, & hyems jam appeteret, re infecta, & magna clade accepta, amisissis scilicet suorum viginti tribus millibus, recessit. Ex Melitensibus 240. equites, militum tria millia, bello inutilis turbæ capita 1700. cæsa. *Descripsit res hoc bello gestas Claudius Grangeus, Biturix.*

L 5

Chius



1566

Chius Maris Ægæi insula, a Piali Bassa, qui rebus ad Meliten infelici-  
ter gestis Constantinopolim contende-  
bat, ipsis feriis Paschalibus insi-  
diose in potestatem Imperatoris Tur-  
cici redigitur, Præfecto Insulæ cum  
XII. viris Rempublicam admini-  
strantibus dolo ex urbe in classem  
Turcicam evocatis, & detentis; qui  
postea cum familiabus, & aliis pri-  
mariis Constantinopolim missi, &  
hincinde varias in regiones depor-  
tati sunt. Turcicus magistratus  
Chiensibus datus, & templa Christia-  
norum solo æquata: Unicum S. Do-  
minici relictum, ritibus Turcorum  
initiatur, ut Mesitæ ( sic templum  
Mahometicis sacris dedicatum Tur-  
ci appellant ) loco Turcis esset.

Captivi tamen subsequentibus  
annis, intercedente Rege Galliæ  
Turcis confœderato patriæ restituti  
fuerunt, & umbra quædam admini-  
strationis, judiciorumque pri-  
stinorum miseris Chiensibus con-  
cessa.

Solimanus a Joanne Sigismundo  
Transylvaniæ Principe exoratus  
suscipit expeditionem in Ungariam  
adversus Maximilianum Impera-  
torem.

Palo-



Palota a Budensi Bassa militum corona circumdatur, sed Turcis inopinato adventu Georgii Comitis Helfestainii territis, ac in fugam se conjicientibus, obsidione liberatur.

Ultimo die Junii Vesprinium ab eodem Comite Helfesteinio, & Egone Salmensi Comite expugnatur, barbaris ad unum omnibus, præter quinque crucidatis. Capitur etiam Tata.

Maximilianus Imperator cum numerosissimo, expeditissimoque Christianorum exercitu generaliter parato, in regnum Ungariæ Komaron usque ad hostium vim reprimendam descendit, ibique non solum Ungariæ, sed & totius Christianitatis propugnacula contra hostiles incurSIONES tutatur.

Tatari, gens immanitate barbara, a Solimanno exciti, superioris Ungariæ partes ultra & citra Tibiscum late discurrunt, prædas abigunt, omnia flamma vastant, omnisque ætatis & sexus homines partim cædunt, partim in servitutem perpetuam abducunt. Horum ad decem millia a Svvendio superantur, cæduntur, ac finibus ejiciuntur: Ducibus ipsorum begis Turcicis altero inter-



interempto , altero lethaliter fauciato.

Ab eodemque Svendio Georgii Bebeci perduellis arces aliquos , Zabatica, Pelfocium, Gombazzecum, Crasnahurca, Gadige, aliaque his vicina tum castella, tum munitio- nes expugnantur.

Giula, & Zigethum munita Ungariæ loca in Turcorum potesta- tem veniunt, fortiter pugnante, & tandem occumbente Comite Zeri- nio, cum insigni nobilium Ungaro- rum, strenuorumque militum nume- ro interemto. *Descripsit hanc dua- rum munitio- num expugnationem Jo- annes Sambucus.*

Triduo ante expugnatum Zige- thum, Solimanus, cum antea etiam, ut fama fuit, epilepsiæ paroxysmis, item apoplexiæ, podagræ, & gan- grænæ obnoxius fuisset, in castris moritur dysenteria, die IV. Septem- bris, anno ætatis 76. vel, ut non- nulli malunt, 67. postquam impe- rio præfuisset annos 46. menses sex. Ejus obitus tantisper occultatus fuit, astu vaferrimi Veziris Bassæ Mech- metis, ( necato etiam noctu Sali- mani archiatro, ne per eum impe- ratoris mors emanaret ) dum Seli- mus

mus



mus Solimani filius, occupato citra tumultum imperio, ad exercitum in castra venisset. Ferunt hunc Solimanum, qua fuit barbarica arrogantia, & jactantia, sapius dicere solitum, Romæ ac totius Occidentis imperium ad se pertinere, propterea quod ipse Imperatoris Constantini, qui imperium Byzantium transtulit, successor sit.

Occupato Zigetho Baboza, cui Turci jam appropinquabant, ab incolis incensa deseritur: quorum exemplum Sacchani, & Zorgenses imitantur.

*Nota, Animadversiones & supplementa*

Ad

CAP. I.

Joan Rosinus, antiquitatis alias Romanæ Vindex celeberrimus, hanc Appendicem e Supplemento Annalium Turcicorum, quod Leunclavius divulgavit, multa cum industria subjecit, ut Chronicon Dreschlerianum rebus Turcicis auctius & continuatum ederet.

Quia ergo vix quidquam reliquum fecit, quod desiderari pro  
ratio.



ratione hujus Compendii amplius posset: Nec abs me locupletior heic opera requiretur, nisi quis confecta messe specilegium fieri nunc posse putet. Ex Arabicis quidem Scriptoribus quod heic promittam, parum est, illudque Pocockio debetur: E græcis paulolum, quantum nempe in Mart. Crusii Turco-Græcia extat: Ex Latinis itaque Auctoribus, nempe Italis, Gallis atque Germanicis petemus, quicquid accessionis heic erit.

A. C.  
1551

A. N. 957 Solimannus ab Heinricho II. Gallicæ Rege oblatum fœdus iniit, ab hujusque legato Aramontano ad classem expediendam, movendaque Imp<sup>o</sup> Carolo V. arma concitatur.

Clasfis Turcica Melitensem arcem cunctis viribus oppugnat, sed ab equestri ordine repulsa cesit. Ordo hic D. Johanni sacer Balduino, Regi Hierosolymitano, debet originem, & seculo fundatus duodecimo Rhodum subegerat: Exclusus inde Maltam sive Meliten Insulam pro asylo habuit, servatque. Hinc ordo primum Hierosolymitanus, deinde Rhodius, nunc Maltensis dicitur.

Imp. Turcicus captam à Ferdinando



nando Rege Agriam, Zolnoccum pluraque oppida indignatus, Temesvvarum occupat.

A. C.

A. H.

Solimannes veneficiis strigæ, quam Roffa uxor adhibuit, Judaicæ fasciatus, animum ab Mustapha innocente filio, prorsus alienat, falsisque criminationibus pressum in tentorio strangulari jubet, Asiam ingressus.

1552

958.

Akbar in regna magni Mogolis Indica patri Homajoni filius successit, Regum Indiæ potentissimus.

1553

959

1555

Imp. Turcicus à Patriarcha Constantinopolitano tributum annuum quatuor mille centumque ducatos efflagitat, & tria millia pro primo dignitatis honorario: Illud tributigenus *περοκέσιον* Græci vocant.

1557

963

Soliman Selimo addictior magnis pollicitationibus & donis Regem Persicum Shah Tahmasp eo adduxit, ut transfugæ Bajazethes filiique hujus quatuor in Persia strangularentur, & cadavera Sebastiam deportarentur.

1559

964

Arx nova Insulæ Africanæ Philippalcazer dicta pro ludibrio, totaque illa Hispanica expeditio pro fatali damno Christianis fuit, quod Dorianam Dux Medinensis non audierit.

1560

966

Ale-



A. C.  
1564

A. H. Alexandro Moldaviae Principi re-  
970 verso & vivis exempto filius Bogda-  
nus sufficitur : Huic Iyonias i. e.  
Johannes, qui Turcis iniqua poten-  
tibus cum sese opponeret, ab suis  
proditus mortem indignam oppe-  
tiit. Petrus autem alius Walachi  
Despotæ frater Turcorum suffragio  
succesit.

Soliman *πιστάσιον* h. e. Patriar-  
chale donarium ad 2000. Ducatos  
minuit, hac lege, ut novus Patri-  
archa Constantinop. non tantum,  
sed etiam, vetus illud no-  
vo Imp. solveret, Basfis præterea  
suum quoque munus.

1565

972 Turcicæ in Maltam expeditioni  
Chafanes, Chairadinis filius, Cefai-  
rinus in Barbaria Profultanus, & Dra-  
gutes Sangiacus advolant : Maltæ  
vero Garcias Siciliae Prorex, & o-  
mnes Italiae Principes auxilia submi-  
serunt, ut Turci recedere cog-  
rentur.

Johannes Sigismundus, Erdeli  
begus h. e. Transylvaniae Princeps,  
electum quasi Hungaris Regem sese  
obtrudit : Soliman vero corvum de-  
ludit hiantem, & ipse regno inhi-  
ans, obsesso immoritur Zigetho,  
cum ageret annum ætatis LXXIV,  
annos

1566

974



annos XLVIII. imperio præfuisset;  
Vir alias prudens & pro captu bar-  
barorum commodus, nec minus  
acer atque bellicosus, Turcicæ i-  
tem, Persicæ, Arabicæque poëseos  
peritus. *Bellum istud Pannonicum*  
*libro elegante Pet. Bizarus exposuit.*

CAP. II.

**H**oc eodem anno, quo Pater obie-  
rat XXIII. die mensis septembr.  
Selimus II. ætatis annum agens 42.  
in imperio Solymano patri successit,  
Turcarum Rex XIII. Imperator V.

1566

Selimus ob imminentis hyemis  
asperitatem Constantinopolim redit,  
relictò in Ungaria cum satis magnis  
Turcorum, Valachorum, Tartaro-  
rumque copiis Pertavo Bassa, Trans-  
sylvaniæ Principi auxilium adver-  
sus Maximiliani Imperatoris exer-  
citum laturo.

1567

Transylvanus Tocajum obsidio-  
ne cingit, sed eam solvere cogitur,  
Tataris, Turcis, & Valachis auxi-  
liariis, illius ipsius ditionem popu-  
lantibus, & inaudita crudelitate  
passim in fortunas & corpora mise-  
rorum: cujusvis ætatis, & sexus  
grassantibus: Quos postea accepta  
haud exigua clade territos, atq; in Po-  
doliã & Rusiam fugatos Palatinus  
Rusorum debellavit.

M

Zatua.



1568

Zatuvarum haud levis momenti castrum in finibus Transylvaniae situm, Svendii virtute, medio mense Januario expugnatur: Quo in loco Svendius parum abfuit, quin tormentariis globis petitus occubisset.

Muncazio loco munitissimo in Transylvaniae finibus per deditio- nem capto, induciae quaedam fuerunt, ut de pace actiones institui possent: sed earum parum observantes Transylvani duces, quia videbant Svendium, ne spem pacis interturbaret, Cassoviam abiisse; colleis non magnis copiis, impressione nec opinata Risuarum adorti capiunt, & thermas, quas Rivulos Dominorum appellant, biennio ante a Svendio ipsis ademptas, occupant: sed Ruberus Svendii Legatus utraque recipit, praefidiarios Risvari interficit: Rivulis autem exorto incendio, propugnatores majori ex parte extinguuntur.

Hoc denique anno pax, Octavo quoque anno renovanda, inter Maximilianum Augustum, & Selimum coit, qua Transylvanus etiam comprehendebatur. Ejus cum aliae leges, & conditiones erant, tum, uti



uti quisque sibi retineret, quicquid  
eo bello cepisset: Id quod Maximi-  
liani rebus plurimum profuit: qui  
fines suos opera Svendii sic amplia-  
rat, ut ad quadraginta milliaria  
Germanica cis & ultra Tibiscum  
late dominaretur.

Splendidissimum, & instructissi-  
mum Venetiis navale sub medium  
mensem Septembrem, accenso tor-  
mentario pulvere, maximo cum Rei-  
publicæ detrimento conflagravit.  
Ibidem tam in urbe, quam terra  
continente, diuturna & inusitata  
quædam erat annonæ caritas. Quo  
Venetorum adverso casu permotus  
Selimus, ( licet initio regni pacem  
a Solimanno patre cum Venetis ini-  
tam confirmasset, ) vel propria am-  
bitione, vel suorum impulsu, bel-  
lum iis inferre statuit, sub prætextu  
regni Cyperii, cujus possessionem  
nullo jure a Venetis hætenus usur-  
patam, Selimus ob successionem  
gentis Ottomanicorum in jura Sulta-  
norum Ægypti, ad se pertinere con-  
tendebat.

XXVII. Septembris die incen-  
dium Constantinopoli exoritur,  
quod totum biduum durat, & do-  
morum, ac multiplicis mercimoniū

M 3 taberz

1569



tabernarum circiter triginta & sex millia absumit, Janizaris, quorum Præfectus decumbebat, ad extinguendum ignem non accurrentibus.

1570

Selimus per legatum Venetias missum Cyprum insulam a Senatu repetit, ferensque repulsam, bellum ei denuntiat.

Hinc Cyprium bellum, quod a Joanne Baptista Contareno Veneto, & Petro Bizaro Sentinate descriptum habetur, exortum: ad quod gerendum Selimus tres Bassas, Mustapham cum copiis terrestribus, Pialin, atque Alin cum classe mittit.

Pialis Bassa proventus cum suis ad Tenum Insulam Venetorum in Ægeo, ferro ac flammis eam, non sine gravitamen suorum jactura, direptam vastat.

Sebastianus Venerius, Insulæ Corcyræ maxima cum potestate præses, mense Junio Suppotoum castrum Albanæ non procul a Corcyra situm expugnat, præsidioque imposito rebus necessariis munit.

Sub ejusdem mensis exitum Marcus Quirinius, clasfis Venetæ in Hadriatico mari præfectus, arcem sinus Mainiensis ad Portum, quem vulgo Qualliarum, sive Coturnicum vocant, positam feliciter expugnat, actisque sub ea cuniculis & sup-

posi-



posito incensoque pulvere tormentario, funditus everfam diruit, ne barbaris amplius receptum præberet.

Nicosia Cypri metropolis sub exitum mensis Julii a Mustapha Bassa obsideri cœpta, & acerrime tam oppugnata, quam defensa, decimo tandem Septembris die in hostium potestatem venit, misereque diripitur, cæsis præfidiariis, extincta nobilitate, perexiguis reliquiis servituti mancipatis.

Quarto Octobris die in Famagustæ urbis conspectu Prætoria Mehmetis Veziris Bassæ primarii triremis, & aliæ duæ naves magno captivorum utriusque sexus numero, flore nimirum inventutis Nicosiæ, & multa, atque pretiosa præda onustæ, ut Constantinopolim Imperatori Selimo dono mitterentur, pulvere tormentario vel ipsius gubernatoris negligentia, vel studio captivæ fœmiuæ nobilis, quæ mori, quam indigna ab immanissimis hostibus pati maluit, incenso, in universum disjiciuntur, omnibus, qui in iis fuerant, exceptis gubernatore, cum tribus captivis, qui aufugerant, misere pereuntibus.

Famagustam Mustaphas Bassa obsidere cœpit mense Aprili.



1571

Turcica clasfis Duce Ali Bassa, Cre-  
tam insulam (nunc Candiam vocant)  
petit, ubi exposito in terram milite,  
servitum in obvios immaniter: Rhe-  
tymum oppidum ab incolis desertum,  
mense Junio, nemine resistente vasta-  
tur: Cæteræ civitates munitæ & oppi-  
da detrimentum nullum accipiunt.  
Desiderati Turcicis eicopiis tria mil-  
lia septingenti.

Cerigus Veneti juris insula, (Cythe-  
ram veteres dixere) majori ex parte  
diripitur. Zacynthi, & Cephaloniæ  
suburbia, & vici excidio dantur.  
Suppotoum arx, cæsis, captisque  
præfidiis, a Turcis recipitur: cu-  
jus etiam præfectus Manuel Murmu-  
rius, Vir bello strenuus, in hostis  
potestatem venit.

Dulcinium situm in Albania, Dal-  
matiaque finibus oppidum, mense  
Julio Turcis se dedit, civibus li-  
bertatem suam, militibus vitæ pa-  
ctis incolumitatem: Qui tamen  
contendentibus inter se de possessio-  
ne oppidi Basis, plerique omnes in  
servitutem abducuntur.

Potiuntur Turci etiam Antibari,  
per summam ignaviam deditioem  
faciente Alexandro Donato Præfe-  
cto: Item Butua, quæ, quod ver-  
sus mare parum munita esset, defen-  
di



di non potuit. Liesenæ insulæ (Farum Dalmatæ vocant) suburbia depopulantur, arcem tentare non aucti. Insulæ Curzolæ (quam Corcyram nigram vocant) Vlatim pagum flammis injectis exurunt. Oppidum insulæ, quod ipsum quoque Curzolæ nomen habet, a viris desertum cum aggredierentur, fœminis animose patriam defendentibus, memorabili cum marium Curzolanorum, & ipsorum hostium infamia, fœmineiq; sexus immortalis laude, rejiciuntur.

Famogustani aliquod menses obsessi, cum fortiter hætenus omnem vim hostilem sustinuisent, tandem mense Augusto, in extrema rerum omnium penuria deditioem fecere, certis conditionibus à Mustapha Bassa approbatis, ipsiusque manu subsignatis: quæ tamen servatæ non sunt. Marcus enim Antonius Bragadinus, sub quo defensa hætenus Famagusta fuerat, cum illustri nobilium virorum Comitatu in Mustaphæ castra veniens, eique claves civitatis, quod in deditioibus fieri solet, offerens, exceptus initio comiter a Mustapha Bassa, mox ab illa crudeli belua per summum scelus violata fide, cum aliis per ludibrium adficitur exquisitis injuriis, tum



ad extremum vivus excoriatur. Laurentius Teupolus Paphi Præfectus, qui & ipse cum aliis Famagustam singulari virtute propugnarat, suspensio necatur: cæteri deditii immaniter contrucidantur. Turcorum, qui obsidionis principio in universon adducenta millia censebantur, obsidione durante octoginta millia periisse constat.

Die VII. Octobris committitur a classe Hispanica, & Veneta prælium cum classe Turcica ad tres exiguas insulas, vel marinos potius scopulos, quos Strabo Echinadas insulas, Apollodorus Strophadas, hodie Cuzolaros tam Græci, quam nostri vocant. Victoria potiuntur multis a sæculis inaudita Christiani. Perit occisus Alis Bassa; Pertavus Bassa animadverso præsentis suorum interitu non magno navigio fugiens ad terram evadit. Uluzalis mari profugit cum triginta plus, minusve triremibus. Cæsa fuerunt ad XXV. millia hostium, capta quatuor millia, clasfis hostilis universa cum spoliis immensis Christianorum in potestatem venit, iis duntaxat exceptis triremibus, quas evasisse diximus. Liberata Christiana mancipia supra

qua-



## TURCARUM REGNUM. 183

quatuordecim millia. Cum hæc  
foederatorum Principum navalis vi-  
ctoria in Perfide nunciata fuisset, mul-  
tique Proceres ad arma palam in  
Turcos capienda Regem suum Tec-  
masen adhortarentur, non prius se  
capturum respondit, quam vidisset  
utiliores Christianorum progressus:  
parvi referre, ligneas scutulas de-  
mersisse, dum sunt incolumes sylvæ,  
ac possidentur, unde possint aliæ ex-  
scindi.

Hac Turcis illata clade, Veneti  
Margaritanum, in Chimeriotarum  
regione, quæ Albaniam pars est,  
haud procul a Corcyra situm, dedi-  
tione capiunt, XII. Novembris die,  
barbaris vitam, facultatesque paci-  
scentibus: ipsum castrum mox igne  
concrematum diruunt. Suppotoum  
quoque desertum a Turcis Albani  
occupant, & Venetis restitunt:  
a quibus redditum deinceps Selimo  
fuit.

Hoc eodem anno obiit Joannes  
Sigismundus Transylvaniae Prin-  
ceps; cui cum onere tributi annui  
Turcarum Imperatori solvendi suc-  
cessit Stephanus Bathorius Somlia-  
nus, nobilis Ungarus.

M 5

Men-



1572

Mense Majo anni proxime sequentis tentata fuit a Venetis obsidio Castello novi in Dalmatia, captaque suburbia: sed succurrentibus barbaris ab obsidione discessum.

Veneti, cum tantopere a Turca terra marique premerentur, omnia ad bellum necessaria rursus apparant, sed sociis clasibus tardius adventantibus, & Turcica classe ut plurimum retrocedente, nec pugnae copiam faciente, nulla re fere memorabili gesta in hyberna reditum. Cæsi tamen aliquot centeni Turcorum, & in his Begus Mitylenensis, Dragutis gener in frustra dissectus.

1573

Turci duce Vluzali Bassa, excusso Amida Rege Thunifino, (vel Thunetano) auctoritate Selimi alium in ejus locum suffecerunt.

Johannes de Austria navali de Turcis victoria toto jam urbe celebris, ab Amida Rege Thunifino a Turcis fugato, & Guletæ, quæ Hispanorum præsidio tenebatur, privatam cum duobus filiis vitam agente, regni autem recuperandi desiderio flagrantem exoratus, insigni cum classe comitatus etiam cum aliis triremibus a Duce Sueffano, & Joanne Andrea Doria in Africam trajicit, Thunifin

occu-



occupat, Regem à Turcis datum in potestatem redigit, urbem captam militi suo diripiendam concedit. Abidam fluxæ fidei hominem cum duobus filiis in Siciliam transvehit jubet, Machometem Abidæ fratrem regno præficit, accepto prius ab ipso Sacramento, quo se perpetuo fidelem Hispano Regi clientem futurum promitteret. Inde communicato cum aliis consilio novam munitiorem inter Guletam & Thunisim ad interjectum utriusque lacum extruere instituit, ut hoc modo & Guleta firmior efficeretur, & tanto facilius in fide barbari continerentur. ○

Initio sequentis anni Veneti certas ob causas, non consultis, & invitis adeo Pontifice, atque Hispano, contra leges fœderis, pacem cum Selimo faciunt.

1554

Selimus ægerrime Christianorum in Aphrica progressus ferens, Sinanem Bassam classi supremo cum imperio præfectum in Aphricam mittit, qui cum nova munitio nondum perfecta, & præfidiariorum etiam numerus, ex auctoratis temere nonnullis, quos omnem in eventum retentos oportuit, deminutus esset, munitiones illas omnes nullo prope negotio  
in



in potestatem suam redigit. Guleta expugnata, & solo æquata: Christiani omnes exceptis quatuordecim ex Proceribus, qui vincti Constantino-polim sunt misi, crudelissime trucidati sunt.

Carrera Guletæ præfectus, quem quidem proditionis nonnulli infimularent, præmii loco pro vili mancipio aliquandiu habitus & prope Corcyram in ignominiam Hispanæ gentis ad necem usque fustibus, jussu Sinanis, cæsus.

Gabriel Serbellonius Mediolanensis, novæ munitiois perficienda causa a Johanne Austrio cum præsidio relictus crudeliter a Sinane Bassa tractatus. Hoc modo prorsus ejecti sunt Hispani ex Aphrica intra trigesimum & sextum diem; amissaque per summam ignaviam ea, quæ Carolus V. Imperator in potestatem optimo consilio redegerat, ut securitati Siciliae, regni Neapolitani, totiusque tum Italiae, tum Hispaniæ consulere.

Sinan Bassa ex Aphricano bello rediens, & corcyram insulam excindens, in insulanos, reiectis etiam muneribus, quæ ipsi offerebantur,



immaniter grassatus, Corzyræ muniendæ Venetis causam præbuit.

Selimus Maronitas & Truscos, populos Libanum montem inhabitantes, religionemque profitentes Christianam, sub jugum mittere, sed frustra tentat.

Princeps Iuonia, ( sic Joannem vocant ) Valachiaæ Despota, quum iniqua petentibus Turcis denegasset adjunctoque sibi non magno Polonorum equitum, militumque numero, nec contemnendis suorum coactis copiis nimis grave barbarorum jugum excutere conaretur; a fidelissimis sibi creditis proditus, qui Missi fuerant, ut a traiectione Danubii Turcos arcerent, indignam magnanimitate sua mortem oppetit. Ei Petrus alterius Valachiaæ Principis frater, faventibus Turcis sufficitur. Cæsa ab Iuonis exercitu Turcorum, Muldavorum, & Vngarorum supra ducenta millia. *Descripsit hujus historiæ belli Leonhardus Gorecius, eques Polonus, ubi sub finem hæc addit: Post tam ignobilem cædem Iuonia, Selimus totam Moldaviam occupat: omnes fere stirpis Valachiaæ, tam summos, quam infimos crudeliter e medio tollit, totaque Valachia*



occupata, arcibusque ipsius firmo presidio munitis alia multitudine alibi in colonias deducta, in Rusiam intentus est.

Mense Augusto Seraglium (sic arcem vocant Turci) Portæ Imperatoris fere contiguum incendio perit, quod intra biduum vix integre restinctum est. Damnum quod fecit eo incendio Imperator, decies centenis millibus, a quibusdam pluris æstimatur.

Eodem anno mense Decembri obiit Selimus II. Solimani filius, cum regnasset annos octo. Ferunt huic divinos quosdam hoc imperii tempus prædixisse: quod cum breve ipsi videretur, solitum fuisse dicere, voluptatibus impendendum esse. Quare etiam Venere, & vino exhaustus febre extinguitur: Bella nonnisi per Legatos gessit.

Ad

CAP. II.

A. C.

A. M.

1566

974

XII. Soltan Selim Shah (Selimes II.) Smox paterno confedit folio, annum agens quadragesimum secundum. Id præcones publice proclamant: Selim vero, sese spectandum exhibuit



buit inter solennes, quas patri peragebat, exequias, funebresque, uti fert consuetudo, epulas.

A.C.

A.H.

Rebus domi ordinatis, licet pacem a patre cum Venetis factam confirmasset, tamen vel ambitu, vel suorum impulsu bellum iis denunciat. Causa erat Cyprus Insula, quæ annos ab hinc centum & amplius sub imperium Sultani Ægyptii redacta fuerat, Jano Lusignano Rege Cyprio, capto, tandemque solutis pecuniis post tributum, de quo convenit, annum restituito. Lusignanis tandem Regibus Respubl. Veneta successit, & pro tributo Zechinorum octo millia quotannis Imp. Turcico exsolvit. *Vid. bellum Cyprium a Pet. Bizaro tribus Libris summa diligentia descriptum.*

1570

977

Amida Mule Assam sive Muleas-  
sis filius per Turcos regno ejicitur  
Tunetano, eique ab Hispanis frater  
Machmetes sufficitur: Qui anno  
post Constantinopolin vectus, &  
carceri a septem turribus dicto in-  
clusus obiit.

1575

980

Druscorum principatus seu Phylarchia floruit sub Agyptis Sultanis, nec ab Selime I. everfus, immunitatem

tatem



A.C.

A.H.

tatem a Basfis obtinuit, ut tamen tributa penderet.

Ipsi profitebantur sese reliquias Christianorum occidentalium, quos Imp. Henrici IV. tempore Gottfriedus Dux Bullioneus in terram sanctam deduxerat. vid. Thuanus. Maronitæ Syriaci Christiani, ab Marone, Viro sancto quopiam appellati, montem Libanon ad duodecim millia familiarum incolunt, & ad tributum annum tenentur. Conferri heic poterunt Hottingerus in Typograph. Eccles. Orientalis cap. 2. Rauvvolfi in Itiner. & Faustus Naironus in sua de Maronitis edita dissertatione Paris. A. 1682.

1575

982

Selim bellicis, quas tamen ipse præsens non gesserat, humanisque rebus exemptus, cum annos octo imperaverat, locum filio relinquit Amurathi, quem præcones e plateis & turribus isto renunciarunt elogio (uti apud al Jannabi extat Arabice) *Sultan Selim ad Dei misericordiam abiit: Rex autem vester est ipsius ex testamento heres Sultan Morad, quem Deus seruet, ipseque thronum cepit regium.*

CAP. III.



## CAP. III.

1575

Extincto Selimo II. filius ipsius Amu-  
 rates III. imperium auspicatus est,  
 annum agens ætatis XXVII. Turca-  
 rum Rex XIV. Imperator VI. Hic ante  
 omnia recepto more barbaro fran-  
 gulari quinque fratres natu se mino-  
 res in præsentia sua iussit: quorum  
 minimi cervicibus & jugulo, cum  
 pro more nervus adhiberetur, incer-  
 tum an tenerioris in hunc amoris  
 causa motum, an conscientia patra-  
 tæ crudelitatis in omnes, illachry-  
 masse quidem ipsum constat.

Eodem hoc anno Ismael II. Tec-  
 masis (vel Tammasi) filius secundo  
 genitus, fratre ejus Haidar Mirise  
 decimo sexto regni die a Proceri-  
 bus quibusdam occiso, Persarum  
 Rex Sangiacum quendam Curdum,  
 qui a Turca defecerat, receptans, ac-  
 cedentibus etiam aliis causis ex  
 superstitionum disidiis, & vana so-  
 mniorum apud Turcos observatione,  
 falsaque eorum interpretatione, oc-  
 casionem præbuit bello atrocissimo  
 inter Persas & Turcos gesto: quod  
 descriptum extat a Petro Byzaro Sen-  
 tinate, Latina, & Joanne Thoma  
 N Minas



*Minaduo Italo, patria lingua, inde in Germanicam etiam linguam translatum.* Turci limitanei Duce Husreue Bassa, Wani Beglerbego, Persicis finibus damnum per incursiones inferre incipiunt.

Imperator Turcicus memor cladis, quam Juonia cum Polonis Cosaccis superiore anno ditionibus Turcicis intulerat, ut aliquando Polonos ulcisceretur, immisis mense Octobri centum & undecim millibus Scytharum (sive Tatarorum Præcopiensium) regiones Rusficas quoque versus ad quadraginta milliaria pervastat; ducentas domos equestri ordinis, ac pagos permultos flamma injecta immites isti hostes exurunt: senioribus e plebe, puerilisque plorantibus contrucidatis; Nobiles circiter triginta vel in præliis occidunt; vel cum uxoribus, liberisque in Wallachiam miseris modis colligatos abducunt; multos bouum, oviumque greges, multa equorum armenta abigunt. Interea Cosacci Borysthenis accolæ ductore Bogdano Rosinskio in Scythiam irruunt, flamma & cædibus omnia complent, fœminarum ubera abscindunt, alias excæcant, liberos

ros



ros illarum collidunt, & veteres captivos liberant.

Stephanus Batorius Transylvaniae Princeps, Turcis Erdelianus Begus dictus, commendatione Amurathis Patroni sui Poloniae Rex factus est, cum Henricus Valesius Gallus a morte Caroli IX. fratris in Galliam se recepisset.

1576

Ismaeli II. Persarum Regi propter nimiam saevitiam veneno, quod sororis opera propinatum ipsi fuerat, sublato, succedit frater natus maximus, Tecmasi filius primogenitus, Muchemetes, cognomine Hadabendos, quod Dei servum significat. Hic bellum Turcicum a fratre inchoatum prosequuturus, filium Emit Chan Mirisen, magni juvenem animi, gerendarumque rerum in primis avidum supremo cum imperio suis copiis praeficit: prius tamen quam hostile quid faceret, Legatos ad Amuratem, de pacem inter cognatas, & ejusdem superstitionis gentes conservanda tractaturos mittit.

Muchemetes Persarum Rex cognito Amuratis animo a pace alieno, vires suas ut confirmaret, & cum populis Vlu Chan Chitaino, & Kezies Bassae subditis foedere inito, eos sibi

1577

N 2

bello



bello contra Turcos gerendo socios adjungit; & a quibusdam non parvæ auctoritatis Turcis auxiliares, & a Georgianis quoque antiquitus Iberis dictis, copias non exiguas impetrat.

1578

Exercitus Turcicus, qui erat numero ad ducenta millia, cui Mustapha Bassa supremo cum imperio præfectus erat, Georgianorum (Christianam hi religionem Græco ritu colunt) res per summam crudelitatem agere, ferre, incipit.

Mustapha Bassa Principis cujusdam foeminae inter Georgianos filios duos, subjectionis, & obedientiæ erga Amuratem causa sub fide publica ad semissos, nulla datæ fidei habitatione, Constantinopolim mittit, Amurati insinuans, modo ditionem illam jugo subjicere suo vellet, daret operam, ut vel uterque, vel alteruter duntaxat Turcicam amplecteretur religionem, id quod a fratre natu minore factum: alter natu major, licet multum tentatus precibus, promissis, nimis denique formidabilibus, cum adduci non posset, ut Christianam fidem desereret, ubi primum cum fratre in patriam reversus esset, expirat, veneno vel a fratre,

bello

xvi

tre,



ere uti existimatum fuit, vel a Turcis propinato sublatus.

III Idem Mustapha Bassa post varios & confictus, & pugnas, quibus modo cum Persis, modo cum Georgianis insigni, cum exercitus jactura congressus est, (uno enim prælio mense Augusto, duce Tecmase Revani Domino XV. millia Turcorum cæsa) Tiphlisium urbem in Georgiano- rum regione, mense Septembri cap- pit.

Redacto in potestatem Turcici Imperatoris Tiphlisio, ac Beglerbe- go, & Quæstore ei Præpositis, Mu- stapha Bassa transmissio cum cæpiis flumine Ares, ubi uno duntaxat die XVII. millia suorum amisit, quos vorticosus amnis præter equos, ca- melos, & mulos absumpsit, Sirva- no, Sirvani, sive Mediæ metropoli, nemine resistente potitur; cum Per- sæ facultates suas omnes avexissent, totamque viciniam ferro & igni a- stassent. Verum digresso Must. - pha, & relicto Sirvani cum præsidio Beglerbego, Persæ cum eo prælio congressi, victoriam insignem con- sequuntur, Beglerbego omni cum exercitu cæso: Sirvanum recipiunt, res a Turcis relictas diripiunt, Sir-



vanum muris nudant, & propugnacula a Turcis ædificari cæpta diruunt, Periisse hoc primo belli Persici anno dicuntur Turcorum LXX, millia.

1579

Osman Bassa Vezir ( sive Secretarius, aut Consiliarius ) Portæ factus, & cum exercitu in Georgia-norum finibus à Mustapha relictus, Sirvano à Persis recepto, cum paucis suorum Temicapim, sive Derbentum aufugit. Principem ejus loci amicum sibi reddit, filia ejus matrimonio sibi juncta, cujus opera postmodum socerum veneno tollit, & eam istam regionem, possessione sibi ab Amurate confirmata occupat.

Hoc eodem anno Bassa Budensis, nec multo post, vel certe anno sequenti etiam Alexandrinus Præfectus Amuratis jussu strangulantur.

Osman Bassa acceptis auxiliariibus copiis LX. Tatarorum millibus, quibus duo Tataria Regis fratres præerant, & rebus aliis bello necessariis, ex arce Temircapina solitis in Sirvani fines excursionibus damnum Persis inferens, eos ad prælium elicit, quo Tatarum ad internecionem una cum altero Tatarum Regis fratre caduntur, ac delentur; alter frater vivus ab hostibus capi-

capi-



capitur. Osman ipse Bassa cum paucissimis suorum vix salvus evadit; quibus cum more latronum quotidie vicinas sibi ditiones prædis agendis infestare incipit, nullo nec amicorum, nec hostium discrimine, rationeque habita.

Mustapha quoque Bassa exercitum ad fines Persicos ducit, diversisque præliis modo cum Persis, modo cum Georgianis confligens, inferior semper, insigni cum suorum clade discedit. Carscum tamen munit, & Begleibegum ei cum Quæstore præficit, sicut & ad Tschilderim, in Georgianæ limitibus.

Vluzalis Bassa, præfectus maris, ab Amurate in Mengreliam, regionem populorum Colchidis missus, iis in locis munitionem, Fassam nomine ædificat, quo facilius in Georgianos duci copiarum possent: sed ea non multo post Vluzalis discessum penitus ab hoste diruitur & vastatur.

Persa de dispersis hinc inde propter egestatem, contagiosæ luis vim, & imminens hybernum frigus, profugisque Turcis factus certior, in hosticum profugit, prædaque ingenti onustus, in hyberna militem & ipse dimittit.

Mustapha Bassa ob res infeliciter

N 4

gestas



gestas ad Portam ab Amurate revocatur, ejusque in locum sufficitur Sinan Bassa, cui confestim imperatur, ut primo vere semet ad expeditionem Persicam rebus ab omnibus egregio paratus, & instructus accingat.

Undecima Octobris die Machumetes Bassa, homo pene octoagenarius, quique trium Imperatorum supremus Vezires, sive locum tenens fuerat, hora quarta pomeridiana, a quodam mendico Turcico, (talem quippe se simulaverat) supplicationem exhibente, in aulico suo Senatu (Divanum Turci appellant) interficitur, percussus cultello in dextrum pectus illiso, ex quo vulnere duabus post horis moritur: homicida pariter sequenti die in quatuor partes dissecatur.

1580

Mustapha Bassa in summo vitæ versans discrimine immensis largitionibus aliquam apud Amurathem gratiam redimit.

Sinan Bassa supremo cum imperio, Veziris Azemis, hoc est, supremi Consiliarii Partæ insuper dignitate ornatus, contra Persas mittitur: sed propter militum ab antecessore relictorum paucitatem nihil admodum memoria dignum efficere potest: ingressurus Georgiano-

rum



rum regionem, magna clade afficitur, multis ibidem etiam bellicis machinis amisfis.

Ejusdem exercitus Tiphlisio ab hostibus circumfesso auxilio missus, tanto cum impetu a Persis & Georgianis invaditur, ut omnibus rebus amisfis, prope nullus ex eis salvus ad Sinanis castra reverteretur. Quod factum est, ut intra Tiphlisium obsessi Turci, dira fame, gustatis etiam canum, muriumque carnibus extinguerentur.

Mense hujus anni Augusto, Regis Persici orator Maxudes Chan, pacis cum Turcis componendæ causa Constantinopolim missus, quia Turci nimis iniqua postularent, ut nimirum Persæ ipsis omnia tam Sirvano comprehensa quam extra Sirvanum posita loca, tentoriaque relinquerent, quibus hoc bello Mustaphæ Bassæ equus, calces suas impressisset, quod Persis faciendum non fuit, re infecta Constantinopoli discedit: domum reversus aliquando post perduellionis crimen incurrit, & Rege suo deserto, Amuratis se fidei permittit, Ferhatempue Bassam deinceps ad bellum Persicum proficiscentem sequitur.

N 5 Ejus-



Ejusdem mensis Augusti die sexto Mustapha Bassa Constantinopoli moritur, vel morbo ex esu melopeponum contracto, vel sumto veneno, metu supplicii, quod vereretur, ne priores ad causas, ob quas Amurathis indignationem incurrerat, accedente Persici Oratoris accusatione de suppressis aliquot Regis sui Legationibus, magna cum infamia vitæ periculum adiret. Facultates mortui fisco fuerunt illatæ, portione quadam nepotibus relicta.

1581

Sequenti anno nihil fere memorabile gestum fuit, propter extremam in limitibus & castris inopiam, ipsis etiam militibus ab hoc bello prorsus alienis, & quacunque ratione possent, se subducentibus. Pactis igitur induciis de pace agi cæptum. Sinan Bassa relictis castris Constantinopolim proficitur, & magna pompa ab obviam sibi prodeuntibus Portæ proceribus excipitur.

Eodem anno Constantinopolim vocatus venit Beglerbegus civitatis, & dominationis Ezerumensis, qui quod inauspicati belli suator extitisset, capitis pœnas dedisset, nisi matre & uxore Amurathis centum millibus aureorum sibi conciliatis, & ex-

in-



inde pro se intercedentibus, veniam ab Imperatore ita impetrasset, ut continuo ducenta Ducatorum millia in Amuratis ærarium inferret.

Mechometes Amuratis filius, maxima, & hæcenus inusitata atque inaudita pompa Constantinopoli circumciditur, præsentibus Imperatoris Romani, item Gallia, Polonia, Persia, & Africanorum, Maroci, & Fessæ, ac Tatarorum Regum, Erdelii, Moldavia, Valachia, aliorumque Principum, ac Senatus Veneti Legatis. Egit tum Machometes ætatis annum decimum quintum, vel ut alii, decimum septimum. Duravit ipsa festivitas, in quam impensi sumtus æstimantur decies centenis millibus ducatorum, totis quadraginta diebus, & noctibus continuis. Cœpit enim XXVIII. die mensis Maji, & duravit ad VII. Julii, quo sub ipsum noctis initium a Mechemete Bassa postremo inter Vezires, qui Solimani tonsor aliquando fuerat, non publice, sed in Patris cubiculo circumcisus fuit. Munera Machometi oblata æstimata dicuntur vicies centenis millibus ducatorum. Exitus hujus tantæ festivitatis fuit aliquanto tristior, propter  
filium



filium Amuratis alterum Machometem tertio post ortum die extinctum, id quod factum XVII. Julii; propter excitatum incendium in publicis, & amplis nonnullis diversoriis; & exortum inter Janitscharos, & Saphios, sive equites tumultum, qui tragicum pæne & cruentum huic festivitati exitum præbuisse. Amurates certe cum filio Machomete paucis admodum suorum comitatus, summo mane diei XXII. Julii, tantum non sese subduxit, atque in superiore aulam recepit. *Extat historia totius hujus festivitatis descripta Germanice.*

Dum hæc Constantinopoli geruntur, Osman Bassa per inducias Sirvanum invadens, maximum Persis damnum infert: Sed vicissim ab eis cæditur, omnisque præda recuperatur: cujus cladis nuncius Constantinopoli perlatus, maximum Persico Legato periculum creat.

Eodem anno Persæ ac Georgiani conjunctis viribus Turcos adoriuntur, qui Tiphlisio recentes copias cum annonis, solvendæ sive militi stipendiis inferre conabantur, multis eorum millibus occisione deletis, &



& anonis , atque pecuniis interceptis.

Principis illius foeminae annosae inter Georgianos , cujus mentio antefacta, filio, quod hujus cladis Turcis auctor fuisset, Amuratis justu astute struuntur insidiae , quas tamen ipse patefactas sibi per amicos evitat, fuga sibi consulens , & ab Amurate deficiens, ditionem suam ab Otomano jugo , tyrannideque liberat, seque cum aliis Principibus tam Georgianis, quam Persis conjungens perpetuis excursionibus fines Turcicos infestare non desinit. Has ut prohiberet Ferhates Bassa, ab Amurate magno cum exercitu , & non exiguo numero fabrorum eos ad fines missis, castellum primum inter Casseum & Revanum ( regionis hoc , & civitatis simul Tecmasi Principi subjectae nomen est ) extruit : inde cum copiis progressus, arcem Revani fabricat, praesidioque , & aliis rebus necessariis firmat, unde Turci per Revanenses agros aliquoties excurrentes omnia rapinis exhauriunt , sed sua potius cum jactura , quam lucro.

Potocova nobilis Polonus , qui cum Cosaccis Bendoriam Turcici juris oppidum versus nigrum mare  
situm,



fitum, ceperat, ac diripuerat, aliaque Turcis, qui ab aliis lædi se nolunt, quam maximam sibimet ipsi nocendi licentiam in finibus sumant, damna gravissima dederat, cum fraude amicorum in Stephani Poloniae Regis potestatem venisset, Amurrate per Legatum res repetente, & non sine minis supplicium ejus exquirente, contra datam ipsi salvi commeatus fidem capite plectitur. Tantum in hoc Potocova robur fuit, ut equorum soleas ferreas etiam recentes, nullo negotio manibus, instar chartæ, vel alterius rei fragilis rumperet.

Eodem anno sex, plus minusve Turcorum millia Duce Sangiaco Solnocensi, qui deinceps Bassa Sasvarensis, sive Zigethanus nominatus fuit, prædæ faciundæ causâ collecta, celeritate quadam inexpectata regionem Cepusiensem invaserant, Onodiam, quod iis in locis oppidulum est, direptum incenderant, multa Christianorum capita cum amplissima prædâ secum abduxerant: Sed in reditu a nostris ad Agriam, sive Erlam duabus pugnis vincuntur, & in fugam conjiciuntur; plures eorum cæduntur, nec pauciores capiuntur:



untur: præda cum mancipiis Christianis recuperatur. Hujus rei nuncijs Constantinopolim perlatus, primum magnam Legatis Imperatoris Rodolphi invidiam conflavit; Cognito autem postea, Turcos nulla lacesitos injuria, regionem istam invasisse, iræ nonnihil sopitæ sunt.

Ferhates Bassa Georgianorum in agros educatis aliquoties suis, duas in iisdem finibus arces ædificat. Cigaloglis arcis Revanensis a Ferhate Bassa ædificatæ præfectus, sive Beglerbegus, semel atque iterum a Principe Tocmase Revani Domino, prælio vincitur, aliquando etiam vulneratus tantum non in hostium potestatem venit. Osman Bassa, qui ad Temireapim hærebat, acceptis ab Amurate exercitus supplemento, artificibus machinarum fundendarum peritis, triremiumque architectis, navigia quædam multo milite instructa mittit ad infestanda maris Caspii littora: terrestres vero copias ablegat, ut tam Sirvanensium, quam aliorum sibi finitimorum agros, non minus amicorum, quam hostium, rapinis dirum in modum agerent, ferrent: sed plerumque magno cum detrimento, suorumque cæde revertuntur.



tuntur. Ne tamen nihil ageret, civitates quasdam, Sommachiam, Tabassarum Cabbam, & alias, quorum illa ad Sirvani fines, hæ non longo a Temircapi intervallo sitæ, capit, in quibus omnibus gubernatores, & præfectos idoneis cum præfidiis, machinis bellicis, rebusque ad id necessariis, & annonis relinquit.

Sinan Bassa Vezirazemes, hoc est, supremus Portæ Consiliarius, conquerenti Amurati de clade exercitus Turcici in Perside accepta, & illius belli difficultate, præter expectationem sibi accidente ( qui, qua fuit curiosa superbia, & arrogantia, aliquoties affirmaverat, se, si belli Dux amplissima cum potestate designaretur, penetraturum vel ad intimam Regis Persici regiam Casimimum, & inde Regem vivum in potestatem redactum Amurati missurum: ) cum temeraria quadam audacia respondisset, ut his rebus obviam eundo remedium inveniatur, Scachum Scacho ( vel Regem Regi ) opponendum esse; istud volens innuere, adversus Regem Regis opus esse opera: planeque necessario requiri ad obtinendam de hoste victoriam, ut ipse Amurathes Dux belli  
adver-



adversus Muchemetem Persarum Regem proficisceretur: consilio matris Amuratis confestim omnibus honoribus, inprimis dignitate supremi Veziris exuitur: ac parum abfuit, quin occideretur. Bona tamen ejus condemnati fisco applicantur: Ipse relegatus & exul Malagræ, oppido Macedoniæ aliquandiu vixit. Sufficitur ei in Vezira Zemathus officio Siauses Bassa, natione Ungarus, quocum nupta fuit Amuratis soror. Vel hoc vel superiori anno factum, ut Amurates unius sacrificuli ex offensa aliqua Judaico nomini infensissimi suasionibus adductus, Judæos ad unum omnes, qui tum Constantino-  
 poli erant, interfici mandaret; quod contempta sua majestate, atque conculcata, nefarios de se rumores sparsissent, nec solum regni administrandi imperitum, sed stultum etiam atque insanum appellarent, qui regnum virtute majorum suorum, & sapientia quæsitum, stultitia atque ignavia sua præcipitaturus esset; Ita enim persuasus Amurates fuerat, Verum antequam jussa executioni darentur, intercedente Amuratis matre, animus ejus mitigatur, & mandatum revocatur. Eosdem ta-

Q

meb



men Judæos Constantinopoli, paulo post ejecturus Amurates, re cum summo Pontifice suo communicata, tum religione, tum alia causa prohibetur. Fuisse in eodem tum periculo etiam Christiani, qui Constantinopoli degunt, iisdem criminibus accusati perhibentur.

Podolovius nobilis Polonus, stabuli Regii suppræfectus mittitur Constantinopolim, ut impetrato Amuratis consensu, in Anatolia aliquot generosos equos Regi Stephano compararet. Is emptis equis viginti quatuor insignibus, ac plane regiis, cum in reditu esset, instructus salvo Amuratis comiteatu, posteaquam novi Cosaccorum motus, & excursionis nuncius ad Portam pervenerat, Amurathis jussu ex itinere retrahitur, & famulis ejus quatuor ac triginta, quos in comitatu habebat, uno tantum excepto puero, qui solerter in sylvam profugiens evasit, trucidatis, ipse post conceptas ad Deum preces capite plectitur. Res omnes ipsius, & comitum regiis cum equis Constantinopolim reducuntur: Equi jussu Amuratis partim in regium Sarajum, ad ipsius Imperatoris usus recepti, partim inter Bas-



TURCARUM REGNUM. III

Bassas distributi, digitisque singula-  
ri cum ignominia Stephani Regis  
passim monstrati fuerunt. Factum  
hoc mense Augusto.

Hoc eodem anno XXIX. die  
mensis Novembris, Hama Cadum,  
Selimi II. relicta vidua, & hujus A-  
muratis mater, diem suum obit, ac  
propter virum suum Selimum, ubi  
& quinque strangulati Amuratis fra-  
tres jacent, sepelitur.

Initio sequentis anni Legatus ab  
Amurate ad Poloniae Regem Step-  
hanum, qui tum Grodnæ in Lithuania  
erat, mittitur, ut eadem Legati Re-  
gii Podolovii excusaret, quasi is ne-  
catus fuisset nullo Amuratis interve-  
niente jussu: quum præscriptos lega-  
tioni limites egressus, copias Turci-  
cas, quæ tum temporis contra Per-  
sas mittebantur, spectatum venisset:  
cumque diceret Legatus, mandato  
Amuratis adduci a se cædis aucto-  
res, ( qui tamen non erant, sed for-  
tas aliud ob maleficium capitis  
anquisiti ) de quibus Rex Stephanus  
supplicium sumeret. Quia vero Co-  
facci recens magnum finibus Turci-  
cis damnum intulissent, vicissim pe-  
tere Amurathem, ut ablata restitue-  
rentur, & Cosaccorum Dux ( erat

1584



hic vir bellicosus, & Turcos in finibus more suo semet insolentius gentes aliquoties cæciderat) ad necem sibi dederetur: Dux ille fraudulentis verbis Grodnam vocatus cum venisset, intercedentibus apud Regem pro ejus incolumitate præcipuis regni Proceribus, non quidem Turco deditus: sed tamen incertum quo deportatus, nunquam ex eo tempore conspectus fuit. Præda Cofaccorum omnis cum captivis absque cujusquam impedimento Legato Turcico restituta, & quasi cum Triumpho Constantinopolim perlata est.

Hoc eodem anno constituta fuit inter Rudolphum II. Imperatorem, & Amurathem III. induciarum prorogatio, quæ Calendis Januarii inciperent, ac nonum ad annum usque durarent. Tauricæ Chersonesi partem Borealem, quæ Tartarorum Præcopitarum sedes jam aliquot sæculis fuerat, Osman Bassa, ex Persico bello per Colchidem, & Pontum Euxinum redux, mense Majo occupat, & in provinciæ Turcicæ formam redigit: Rege ipsorum Muchemete, quod ex fœdere, quo obligatus Amurati erant, acceptis insuper

eo



eo nomine ab ipso ducentis plus, minusve millibus florenorum, vestibus etiam armisque, profectus ad Persicum bellum non fuisset, cum duobus filiolis a propriis, & quidem intimis, & selectissimis Consiliariis pecunia corruptis, in casa rustica, in qua diverterat, in frustra conciso. Sic Tataři, qui hactenus liberi & indomiti fuerunt, ex sociis & fratribus Otomanorum ipsi facti sunt servi: quem amicitia Ottomanica finem plerumque habere solet.

Siauses Bassa, cum alias ob causas, tum vero quod mittendorum Tataro pecuniæ, reliquorumque subsidiorum auctor Amurati fuerat, intervenientibus etiam occultis adversus Osmannem Bassam inimicitiis, quæ postea patefactæ fuerunt, in publico Divano condemnatur, & a Veziratematus officio removetur: Ejus loco princeps Amuratis Consiliarius constituitur, Osman Bassa, facile Turcorum omnium secundum Ottomanicos nobilissimus. Fuisset Siauses, fatente ipso Amurate, in pleno Divano, sine ulla commiseatione interfectus, nisi in matrimonio habuisset Imperatoris sororem, qua deprecante & vitam, & annonas, &

Q. 3

alios



alios reditus, quæ octo circiter milibus florenorum æstimata fuerant, servavit, inq; domum suam ad litus Asiaticum in hortis sitam migravit.

Æstate hujus anni Amurates, dum se cum mutis suis ( sunt hi in deliciis Turcicis Imperatoribus ) oblectat, quos equis prægrandibus, & ob corporum molem tardis impositos, ipse maxime agilibus, ac præsertim Arabicis usus sequebatur, & modo in hunc, modo in illum proventus, nervi bubuli verberibus tam multos, quam equos eorum cæcos ad cursum impellebat; Comitiali morbo sibi familiari correptus, tam gravi lapsu ex equo decidit ad pavementum allisus, ut omnino per urbem vel jam moriturus, vel mortuus crederetur: Et Janizaris pro more, velut extincto Imperatore, Christianorum, Judæorumque tabernas involantibus, easque diripere incipientibus, maximus pæne in urbe tumultus fuisset sequutus, nisi Janizarorum tribunus, sumto de nonnullis supplicio, mature ivisset obviam. Ita pæne de vita Amuratis & imperio actum fuit: Paulo post tamen is convaluit.

Die



Die XXIV. mensis Octobris aliquod Begi Turcici suis cum copiis, in quibus erant ad decem millia hominum, Carniolæ fines ingressi gravissimam impressionem fecerunt: direptis passim vicis, ac pagis, magnaque Christianorum mancipiorum multitudine secum in servitutum abacta: Quos Justus Josephus Comes Turrianus, & Thomas Erdendius Comes Muslovinæ &c. coactis subito duobus hominum millibus, nulla interposita mora maximis itineribus hostis tergo inhaerentes, tertio tandem die, qui XXVI. Octobris fuit, ad Slunum Croatiae adsequuntur, invadunt, & cædunt, captivos liberant, & prædam recipiunt. Perierunt Turcorum circiter quatuor millia. De hac clade certior factus Amurathes, cum intellexisset a suis injuriæ factum initium, jure casos pronunciavit, affirmans nolle se quidquam a suis contra leges induciarum ad turbandam pacem in Ungariæ limitibus attentari, jubensque Rudolphi II. Imperatoris Oratori suarum ad utrumque Bassam Ungariæ, Budensem, ac Temesvariensem litterarum exemplar exhiberi, quibus severe mandabat, uti milites



tes suos limitaneos in officio continerent. Idem ut a nostris quoque præstaretur, imperari vicissim petiit.

Eodem anno Ramandanis Bassæ Tripolitani vidua, cum filio, familia, & mancipiis utriusque sexus quadringentis fere Constantinopolim profectura, facultatesque suas amplissimas, octies centenis millibus nummorum aureorum à Turcis æstimatas secum avectura, coorta subito tempestate, in sinum Hadriaticum rejicitur, & a Provisore ejus sinus, Petro Emo, Patricio Veneto in potestatem redigitur, ubi diro quodam, & inaudito furore in captivos tam mares, quam fœminas sævitum: Maribus occisis ducentis quinquaginta filioque Ramandanis Bassæ, matris in complexu, & gremio confosso, fœminæ quadraginta, prius nefariis pollutæ stupris, uberibus mutilatæ, (quæ quidem vivis adhuc, spectantibusque misellis a quibusdam crudelitate plus quam barbarica in mare projectæ perhibentur) dissectæ tandem atrociter ad unam omnes in aquas à piscibus devorandæ præcipitantur: Et præter has una insigni forma puella Christiana, & in Cypro nobili nata familia vel  
sum-



summis precibus impetrare non potuit, quo minus ab Emi fratris filio violaretur, & suffocata cum aliis mancipiis Turcicis in mare projiceretur: Sed Amurate gravissime apud Venetos de ista immanitate conquerente, & perpetrati sceleris pœnas flagitante, suisque ob damnum datum satisfieri volente, alioqui se bello suorum cædes, & injurias vindicaturum, minitante: Petrus Emus capite plectitur, & ipsa triremis cum omni armorum & instrumenti genere, totidemque mancipiis, quot in ea Veneti reperissent, redditur.

Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus nocturno tempore e Patriarcheo extrahitur, catena collo injecta per urbis vias ducitur, ludibriis læditur, & bonis omnibus exuitur; post durum denique carcerem Rhodum in exilium mittitur, quod communicatis cum Pontifice Romano, consiliis Calendar. novum Gregorianum recepisset: quod tamen Amurates iratus statim abrogat. Succedit ei Cæsareæ Cappadociæ Metropolitæ, homo indoctus, qui quædam annis aliquot ante Caupo fuerat. Hic præterquam quod pensionem, quam no-



vus Patriarcha Imperatori solet persolvere, sex millibus ducatorum auget, etiam alia duo millia eidem Imperatori, nec etiam Purpuratis nihil dat.

### CAP. IV.

1585

**D**ie XV. mensis Martii, anni sequentis concessum in Divano tuū Siausi Bassæ, Amuratis sororio, ut libere, quibus in locis vellet, versari posset; quod decretum viam ipsi aperuit priorem ad dignitatem redeundi, id quod non multo post accidit.

Osman Bassa Persicos ad limites accedit, sed occurrentibus intrepide Persis, modo ille, modo plures, ad decem usque millia de ipsius exercitu captim cæduntur. Tandem mense Augusto, Persis insciis, nihilque tale cogitantibus, Tebrisi-um accedit, voluntaria id deditione capit, regiam in eo Persarum, dierum circiter triginta opere cum propugnaculis, tum firmo præsidio, machinis bellicis, & rebus aliis necessariis egregiè munit: Ipse abducturis Tebrisi-um universas copias, quinto post die in itinere dysenteria moritur.

Ex-



Extincto Osmane Cigaloglis Bas-  
 sa, Beglerbegus Revanensis supre-  
 mum nactus imperium, suos in tu-  
 tum reducere nititur, quibus Per-  
 sæ instant, & acerrimo conflictu,  
 eoque aliquoties repetito maximam  
 Turcorum stragem edunt: Verum  
 iis impostura quadam deceptis ma-  
 xima cum celeritate cum suis aufu-  
 giens Cigaloglis elabatur, & Uvanum  
 reliquias incolumes ducit. Persæ  
 fugam hostis conspicati Thebrifium  
 revertuntur, & urbe recuperata mox  
 arcem obsidere incipiunt. Periisse  
 constat in hisce conflictibus haud du-  
 bie Turcorum ad LXXX. millia, in  
 quibus fuerunt veteranorum, mili-  
 tum lectissimorum ad quadraginta  
 millia. Prælia totum continuata  
 triduum, trinoctiumque: Captæ  
 centum ac plures machinæ bellicæ  
 majores. Rex Persarum re bene  
 gesta, regno semet abdicasse fertur,  
 idque sic tradidisse filio, ut eum sa-  
 cramento prius obstringeret, quo  
 sancte polliceretur, nunquam se cum  
 Turcis pacem facturum, ni prius re-  
 cepisset omnia, quæ juris aliquando  
 Persici fuissent.

Hac etiam æstate bellum adver-  
 sus Maronitas & Truscos Libanum  
 mon-



montem inhabitantes, & Christianam religionem profitentes gestum fuit: quorum libertati ac fortunis cum decem annos insidiati Turci fuissent, nunc tandem eos domuit Ibrahimus Bassa, Cairi, vel Ægypti Beglerbegus: qui de spoliis thronum regium ex auro puro puto Constantinopolim misisse, Amurati dicitur, æstimatum sexies centenis aureorum millibus. Idem Amuratis conjugii, cujus filiam natu majorem ambiebat, aliisque aulæ istius mulierculis fertur misisse munera, quorum præcium ducenta Sultanorum milia æquarint.

1586

Perfis arcem Tebristianam ab Osmane Bassa superiori æstate munitam obsidentibus, quum obsessi prope modum ad extremam rerum omnium penuriam redacti essent, Cigalogtis Bassa insigni strategemate Persas ab obsidione abstrahit: quo factum, ut conclusis succurreretur, eaque res omnes, quarum inopia laborabatur, cum novo militum supplemento inveherentur.

Magnus Chritanus Chan, Persarumque Rex novum inter se foedus pepigere, quo mutuis se subsidiis adversus Turcos ferendis obligarunt.

Majo-



Majoris conjunctionis causa contractum fuit inter liberos utriusque matrimonium, Tartari Chanis vel Regis filia Persici Regis filio nuptui data. Simul etiam stipulatus est Tartarus ad usum Persæ, hominum sexviginti millia proprio ære tam diu contra Turcas in Armis habiturum, donec bello finis ex voto Persici Regis impositus esset. Mense Majo hujus anni Constantinopoli summa cum festivitate celebratæ sunt nuptiæ Ebraimi, sive Ibrahmi Veziris Bassæ cum Huma Kishi, filia Amuratis natu majore: Dotis nomine numerata sponso fuerunt ducenta ducatorum millia.

Junio mense orta quædam obscura Constantinopoli nebula fuit, qua desinente, locustis pluit, quæ fructus omnes, & arborum absumpsere folia.

Sub finem anni, mense Decembri Croatinis in finibus aliquot millia Turcorum a nostris numero longe imparibus cæduntur. Perit inter alios Bassæ Bosnensis frater, (natus ex familia Mechemetis Bassæ Vezirazemis, cum quo nupta fuit Selimi II. filia, Amuratis soror) cujus caput a cervicibus recisum, cum captivis

ptivis



1587

ptivis quibusdam Viennam ad serenissimum Austriae Principem Ernestum mittitur.

Mense Februario anni insequentis milites limitanei Imperatoris Rudolphi Copanum arcem non procul sitam lacu Balatone, tum temporis congelato, quo tres Turcorum Begi convenerant, ex inopinato adorti capiunt, ex mille plus minusve Turcis, qui in arce, cum invaderetur, erant praeter alios vilioris fortunae, centum nonaginta nobiliores cum septuaginta foeminis in potestatem redigunt, reliquis aut fuga dilapsis, aut sub terra semet intra specus abdentibus: equos generosiores abducunt centum, praeda potiuntur aestimata quadraginta nummum aureorum millibus: De tribus Begis, qui id temporis illic fuerunt, Sangiacus Copanensis, Niger Alis dictus, capitur, & Viennam prius, inde Pragam ad Rodolphum Augustum mittitur: alter in loco subterraneo concamerato, quo se defendebat, igne vi tormentarii pulveris accenso, suffocatur: tertius fugae tum beneficio servatur, Hujus cladis causa Vezir Ali Bassa, Amuratis affinis (cujus sororem, relictam viduam Mechemetis Vezirazemis, uxorem habebat)



bebat ) Bassa tum Budensis , non multo post Amurathis jussu strangulatur , vel quia non bene successerat Begorum irruptio ipso conivente facta : vel ut confirmaret nostras Amurathes de sua voluntate in servandis pactis foederis , & improbatione excursionum a suis in fines nostros factarum. In locum Alis Bassæ iterum Budam mittitur Sinan Bassa, qui Paulo ante Constantino-polim inde fuerat accersitus.

Anno eodem mensis augusti die octavo quatuor Regi Turcici , Sasua-rensis , sive Zigethanus Bassa , Sanguiacus Mohaziensis , Petschevius, sive Quinquecclesiensis , & novus ille captivi loco suffectus Copanensis, quinque suorum millibus collectis, intra fines Rodolphi Imperatoris irrumpunt , & pagis aliquot cis & ultra Limpacum una cum oppidulis Moracio, Dobronacis ambobus, Resneccio , Tarnoco, septem ac decem in summa pagis repentina impresione obrutis, ac miseris utriusque sexus incolis captis, omnia depopulati diripiunt: Hos illustris p'æsidiariorum castris Canisani Tribunus Georgius Comes Zerinius, Nicolai, illustris Herois, filius, cum vicinis sibi Proceribus, Cisdanubiani limitis custodibus , collecta aliqua



aliqua militum ex præfidiis & subditis manu, revertentes cum præda, magnoque captivorum cujusvis ætatis & sexus Christianorum numero, supra Catzerolacum, ad unum a Canisa milliare, necdum dissipatis omnino tenebris, sub primum diei crepusculum viriliter adoriuntur, manum conferunt, animose cædunt, omni armorum genere vulnerant, cedentibus instant, adversos mactant: eo denique trepidationis, ac desperationis adigunt, ut acinaces nostris suos ultro porrigerunt, objicerent, itidemque cæteris armis depositis alii vitam & incolumitatem voce, gestuque lamentabili deprecarentur, alii quacunque via possent, in sylvas ac saltus aufugerent, ipsisque se paludibus immergerent, Sangiacus Quinqueecclesiensis, Alis Bassæ filius, qui in superiore irruptione fugæ beneficio evaserat, hic nostrorum in potestatem venit. Sinan Mohaziensis Begus sclopeti per mediam frontem petitus ictu occumbit. Zigethanus Bassa, cum res suas jam desperatas cerneret, una cum Bego Copanensi fuga se subducit e prælio! Copanensis prima post pugnam



pugnam nocte, quodam in saltu oberrans, cum aliis capitur: Zigethanus evadit. Cæterorum captivorum ferme mille trecenti fuerunt, de quorum numero multi gravissime vulnerati post expirarunt. Cæsi tam in ipso prælio, quam deinceps & in paludibus, ac sylvis extincti multo plures ad duo millia. Capita cæsorum quadringenta pro more militari eorum limitum cum sexcentis vivis Canisam duntaxat relata: Potiti præterea nostri mille quingentis, ac eo amplius Turcorum equis: prædam cum captivis Christianis recipiunt. Ex nostris, quorum mille quingenti pedites, & quingenti equites fuerunt, undecim duntaxat desiderati, nonnulli, sed pauci tamen vulnerati. Non multo post Salvarensis, sive Zigethanus Bassa Amuratis jussu Constantinopolim vocatus ob res infeliciter gestas strangulatur.

Mense Decembri hujus anni Croatinis in finibus Wihitzium, Caroli Archiducis Austriae castrum, quasi nubes quædam anatum, & anserum, aliquot sane myriadum advolvit, seque proximum in stagnum demisit, ubi noctu strepitus ingens

P

pu-



pugnantium inter se volucrum in tota vicinia, seque mutuis conficientium vulneribus auditus fuit. Egressi postridie milites, cives, agricolæ, tantam & anatum, & anserum copiam ad fumum, ad aerem exsiccandorum congesserunt, ut diu tam opima commode victitarint præda. Nam alii centum, alii ducenas, alii trecentas, alii plures, paucioresve collegerunt mactatas ab se invicem volucres. Tandem e prato quodam spaciosissimo sublatis superstites alis avolarunt.

1588

Anno proxime sequenti maximus, & Turcis hætenus inauditus Constantinopoli tumultus exoritur propter non numerata militi stipendia, & monetam adulteratam, exhaustis nimirum bello Persico amplissimis, & fere immensis Turcici Imperatoris thesauris: & propter nova, eaque intolerabilia tributa ab Amurate imperata, quæ omnes cujuscunque ordinis aut status excepto nemine conferrent. Huic acerbissimæ exactio- ni cum juxta plebem non Janitschari tantum vehementer sese oppone- rent, ac præ indignatione, officii immemores, præfectum suum, Amu- ratis futurum generum, ipsos ad ob-  
tem.



temperandum Imperatori cohortantem pæne interfecissent, & exorto noctu incendio, nec ipsi ad restinguendum, quod tamen officii ipsorum erat, accederent, & alios etiam, quo minus id facerent, impedirent, insuperque tabernas mercatorum diripere inciperent: Sed omnes etiam Sacerdotes, ac iudices, cum supremo Turcorum Pontifice contradicerent, eamque ob causam statas, certasque preces hebdomatim pro Imperatore Turcico fieri solitas intermitterat; eosque omnes, qui Imperatori auctores hujus expilationis fuissent, quin ipsum etiam Amuratem divis devoverent, suaque resignarent officia, coactus fuit Amurates tributa ista hac vice tollere, & quibuscunque modis Pontificem suum cum Clericis & iudicibus placare.

In Persia Gentzium urbs, hominibus, & rebus aliis omnibus vacua a Turcis duce Ferathe Bassa occupatur, incolis tamen paulo post, promissa eis a Ferathe securitate, in urbem reversis, volentibus ipsis quinque millia ducatorum tributi nomine quotannis pendenda imponuntur. Non multo post progressurus



Ferathes, parte exercitus ab hostibus cæsa, milite suo urgente, a quo in militari tumultu vulneribus aliquot affectus fuerat, retrocedere cogitur. Beglerbegus Temircapensis Sirvanum invasurus, cum omni exercitu ad interneccionem cæditur. Cigaloglis Bassa transmissis Euphrate Nehaventum amplissimam urbem voluntaria deditioe capit: ea occupata, & præsidio satis firmo munita, cum Persis semel atque iterum, multis utrinque cadentibus, confligit. Hoc eodem anno Æthiopes in Barbaria Turcis rebellant, & seditio Cairi in Ægypto commovetur; quæ tamen non multo post componitur.

In Ungaria mense Octobri, Sinanis Bassæ Budensis mandato aliquot vicini Begi, & Sangiaci cum undecim millibus tum equitum, tum peditem Turcorum e Filleco in superiorem Ungariam irruptionem faciunt, direpturi ac vastaturi omnem illam regionem, quocunque venire possent: Castellum etiam Sixum incendunt: sed a præsidiariis Imperatoris Romani, quorum mille septingenti sese ipsis opponunt, prælio vincuntur, & fugantur: duo millia quin-



quingenti, inter quos plurimi Janit-  
schari, & alii, flos quasi ipse exer-  
citus Budensis, cæduntur: Multi  
capiuntur, cum ex nostris trecenti  
periissent. Cadit ex Turcorum par-  
te Begus Setschinensis: Belgradensis  
accepto vulnere vix fuga evadit.  
Machinæ quoque bellicæ campestris,  
cum sexcentis plaustris commeatu,  
& armis onustis in nostrorum pote-  
statem veniunt: qui hac potiti victo-  
ria, numero aliquot millium aucti  
vicissim in hostium fines impres-  
sionem faciunt, Plauensteinium, &  
Gesles castra occupant, atque in-  
censo pulvere tormentario disjici-  
unt.

Sinan vero Bassa Budensis ob ac-  
ceptam cladem, & amissa castra,  
honoribus ac dignitate exutus, &  
fortunis spoliatus omnibus, victus  
Constantinopolim adducitur; in cu-  
jus locum Ferhates Bassa, Beglerbe-  
gus Bosnensis, miles acerrimus, Bu-  
dam mittitur.

Neque sequenti anno quieverunt  
tumultus, superiori anno Constanti-  
nopoly excitati. Pactis enim cum  
Persarum Rege induciis, cum milites  
& fame enecati, ac ferme nudi solu-  
tionem stipendii flagitarent; idque

1589

P 3 non



non solum non acciperent integrum, sed nec in moneta proba: conquesti primum de isthac injuria humiliter, sibi satisfieri, & integra solutione, & pura moneta petunt: Quod cum ipsis denegaretur, innotuissetque, adulteratam monetam a Græciæ Beglerbego Rumulo importatam fuisse, novis excitatis turbis flagitant milites, Beglerbegum istum cum Quaestore suo ad necem sibi dari: nec desistunt prius, quam id ipsum impetrant. Nec hoc tamen modo omnia componuntur: Namque Amurates irarum plenus, cum summum suum Pontificem, (quem Mufti appellant Turci) & Bassas Vezires (sive Confiliarios) quod tumultus istos non sedassent, nec Beglerbegum de seditionum manibus liberassent, ab officiis removeret; exercitatum militum opera incendium, nemine ad restinguendum accurrente, dimidiam parte Constantinopolim absumit: nec igne solum, sed etiam direptionibus plurimum incolis damnatur: Conflagrasse isto feruntur incendio templa Turcica (Meschitas isti nominant) septem; viginti quinque amplissima diversoria; quindecim millia cauponarum: viginti octo millia



millia ædium privatarum civium;  
 & centum triginta millia taberna-  
 rum, omnis generis mercimoniis  
 instructissimarum. Rumuli Græ-  
 ciæ Beglerbegi opes relictæ, & ali-  
 quot millionibus æstimatæ, in Amu-  
 raris thesauros relatæ sunt. Eidem  
 Amurati a Messia Bassa Eunuchò,  
 homine nonagenario mortem obeun-  
 te, relictæ supra decies centena mil-  
 lia ducatorum.

Hoc eodem anno Cosacci Nisovii  
 in Turcicos & Tataricos fines irru-  
 ptionem facientes, damnum iis, quod  
 fidem pæne excedat, dant; & sæ-  
 vitiam ante inauditam ac plusquam  
 barbaricam exercent: Turcicum op-  
 pidum Codon mercatibus celebre  
 invadunt, inque eo trecentis circiter  
 tabernis mercatorum direptis, atque  
 expilatis, Prædam ingentem pluri-  
 mis interfectis asportant. Quam  
 quidem injuriam Turci vindicare  
 ipsimet nolentes, Tataros ad inva-  
 dendum vicissim Podoliam excitant:  
 quorum numero ad quadraginta  
 millia Polonis minime expectanti-  
 bus, repentino impetu, inaudita  
 celeritate, nusquam positis stativis  
 contento quasi cursu universam Po-  
 doliam percurrentes, incredibile



dictu, quas cædes, rapinas, vastationes fecerint: Verum cum in reditu hi essent, & in tria divisi agmina domos suas repeterent, ad intercessionem pæne a Cosaccis eos præstolantibus cæduntur, in quibus etiam Regis Tartarici frater occumbit: pauci fuga elabuntur: captivi Christiani omnes liberantur, & præda recipitur.

In Persia Nehaventum, & tota Provincia Hamidan, superiori anno a Turcis occupata, a Persis recuperatur. Sinan Bassa Budensis Constantinopoli a duobus nobilibus pueris propter crudelitatem & tyrannidem occiditur.

Incipit agi de pace inter Persas & Turcos.

Sinanis Bassæ Vezirzenis (primarii consilarii, & locum tenentis) auctoritas minuitur: filius ejus Beglerbegus Græciæ omnibus honoribus, & dignitate exiit: ad quam tamen postea redit.

1590

Anno sequenti Amurates irritatus Cosaccorum Nisoviorum successibus, Poloniæ Regis ac regni oratori de veteribus pactis, & fœderibus, & hæreditaria pace renovandis Constantinopolim misso, quatuor pacis



cis conditiones regno Poloniae parum honestas ac fere intolerabiles proponit, de tributo annuo Turcarum Imperatori, nomine regni Poloniae pendendo : de arcibus limitaneis solo æquandis : de Cofaccis extinguendis ; ac ut in Comitibus electionis novi Regis Turcicus Legatus suffragium teneat ; cujus, ut in tribus proximis electionibus factum erat, ratio haberetur. Quæ cum Polonis iniquissimæ viderentur, interven- tu Legati Reginae Angliæ per Zamois- scium Regis Poloniae Secretarium in aula Turcica res eo deducta est, ut Turcarum Imperator adquiesceret, si pro damnis, quæ Cofacci Nisovii in campis amplissimis inter Bory- sthenis, & Tyræ ostia vagantes Turcicis subditis intulerant, centum quadragenas, (Zimmer vulgo vo- cant) pellium Zabellinarum Poloni Turco penderent, & Nisovios ex illis locis deinceps removerent, vel ita coërcerent, ne in vicinos Tur- corum subditos & socios grassari cædibus & rapinis amplius possent.

Hoc eodem anno mensis Septem- bris die quinto terræmotus horribi- lis Viennam Austriae, & multa Mo- raviae, ac Bohemiae loca concussit :



Viennæ ædes quamplurimæ labefactatæ. Turris Divi Sephani ita conquassata, ut ruina illius metueretur, & de fastigio destruendo consilium capi necesse fuerit. Templum cœnobii Scotorum & hospitium ad Solem aureum, Patrona, & familia illius diversorii, & hospitibus aliquot oppressis, concidit. Castellum Canisianum in finibus Ungaricis media ex parte, magna militum strage facta corruit. Praga quoque haud parum contremuisse fertur: Haud procul a Vienna Austriæ agri mephitim exhalant, & solum pluribus locis atris locustis constratum fuit, quæ sub pedibus calcatæ odorem teterrimum efflant. Præsignificatæ haud dubie sunt hisce terræmotibus paullo post secutæ excursionses, & bellici motus Turcarum.

1591

Sequentis anni initio in Comitibus regni Poloniæ, & munus pellium Zabellarum, & magnus ad Portam Imperatoris Turcici Legatus, qui pacem & fœdera antiqua cum Turcis renovet, ac confirmet: Munera etiam Beglerbego, & Basfis Turcicis, qui tractationem pacis Bizantii joverant, ad octuaginta millia aureorum

rura



rum decreta sunt. Verum cum munera ista tardius mitterentur, nec removerentur a finibus Cosacci, qui toties subditos Turcicos deprædati fuerant; accederet etiam nova Poloniæ Regis cum Austriaca domo contrahenda affinitas: novæ inter Turcicum Imperatorem & Poloniæ Regem ortæ sunt offensiones, quæ etiam in bellum videbantur exituræ.

1592

Anno sequenti Turci duce Hazan Bassa Bosnensi, ex Bossena progressi extremum Croatiæ oppidum, & arcem Wihitsch, quæ annos jam centum quinquaginta orbis Christiani propugnaculum in eo tractu adversus Turcas firmum & incolume manserat, ex improvise obsessum aliquandiu, & deditum occupant: trucidatis, ut ferunt, duobus cujusque sexus, ordinis, & conditionis hominum millibus: cæteris in vitam captivam, ipsa morte durionem deductis. Novam in vicinia ad Colapim fluvium ex roboribus arborum munitionem Petriniam, una cum ponte paucis diebus excitant, & in amœnissimum agrum inter Colapim, & Savum longe lateque rapinis, & incendiis grassantur: Copias Stiriacas & vicinorum a Thoma Erdend



deud Sclavoniæ Bano collectas, & e regione novæ arcis Petrinæ, ac Pontis recens ædificatu confidentes, a tergo circumventas profligant, ac elapso equitatu, pedites, inprimis Stiriacos immaniter concidunt, & majoribus aliquot tormentis potiuntur. Inde per totam Thuropoliam, & populosisimos Savi, & Colapis ripas impune vagati, ad quatuor hominum millia partim in deplorandam servitutem, ac morte tristiore abducunt, partim trucidant. Sisseckium arcem ad Colapis & Savi confluentem sitam propter transitus in Stiriam, Carinthiam, & Carniolam opportunitatem aliquoties antea tentatam, omnino in suam redigere potestatem cogitantes, Nicolai Miccacci præfecti, & militum præfidiorum virtute ac fortitudine singulari repulsi eo tempore, obsidionem Sissecki, aliquot oppugnationibus frustra susceptis deserere coguntur. Insperata hæc Turcarum impressio ingentem terrorem omnibus finitimis gentibus Austriacis, & toti Germaniæ incusit.

Panicus quidam terror Labacensem Carnorum metropolim ita concusit, nunciato quantumvis falso, de celeri ingentis Turcarum exercitua  
tota



citus adventu, rumore, ut repente  
 tota urbe trepidatum fuerit, & ad  
 vasa conclamatum: festinantibus  
 omnibus sua quisque arripere quæ  
 duceret preciosiora; equos, currus,  
 vehicula, qui haberent, conscende-  
 bant; cæteri sibi pedites de fuga  
 prospiciebant; matres parvos libe-  
 ros complectebantur: incondita tur-  
 ba tumultuabatur: clamor ad cœ-  
 lum tollebatur; ululatus, planctus,  
 vocesque miserabiles omnibus viis  
 audiebantur, denique qua visus  
 erat, lachrymabile ubique spectacu-  
 lum cernebatur. Tandem cum Tur-  
 cam veluti Hannibalem ad portas  
 urgere sibi quisque persuaderet, fu-  
 ga omnium præceps portis certatim  
 sese effundebat, atque in tuta avola-  
 re pro se quisque nitebatur. In cæ-  
 co isto, tumultuosoque impetu,  
 aliquot pedibus hominum, atque  
 equorum obterebantur pueri; non-  
 nullæ etiam mulieres exanimaban-  
 tur. Qua ex re tanta trepidatio,  
 animique consternatio omnes inva-  
 serat, ut vix triduo, quanquam ve-  
 ri indices, alii super alios adventan-  
 tes, rem periculo carere, hostem  
 viginti, & eo amplius milliaribus  
 ab urbe abesse nunciarent, domum  
 redire quisquam auderet.

Radol-



Rudolphus Imperator Romanus, & cæteri Principes Austriaci ingentem exercitum Turcis opponendum, & amisfa recuperaturum ex Stiria, Carinthia, Austria, Ungaria, & superiore Germania colligunt: sed cum hæc ferius convenirent copiæ, ac mense Octobri demum castra moverent: nullum tanto apparatu, & tantis sumptibus respondens operæ precium hoc anno fecerunt.

1593

In sequentis anni æstate Hazan Bassa Bosnensis cum aliquot Sanguiacbegis, quorum novem suo subiecto imperio habet, reversus, expugnata primum Treschina, Episcopi Zagabriensis castello, ad Sisseckii obsidionem initio mensis Junii redit, & disjectis vi tormentorum muris, interdium, noctuque oppugnationes continuat: Sed Rodolphi Imperatoris copiæ licet minores Tutcas adorti, eos profligant, plurimos in flumen propellunt: cæteri qui trans flumen hæserant, ob suam cladem fuga dilabuntur. Perierunt flumine obruti Hazan Bassa Bosnensis ipse cum fratre, & Sinan Begus, sive præses Clissæ, ex forore Amuratis Turcici Imperatoris natus, &



& Memybegus, seu præses Hertze-  
govinæ superioris Bosnæ metro-  
polis.

Amurates clade suorum exacer-  
batus, accedentibus supplicibus  
sororis ipsius vindictam filii poscen-  
tis lamentationibus, & Sinanis  
Bassæ Vezirazemis, acerrimi Chri-  
stianorum hostis cohortationibus,  
statim bellum adversus Rodolphum  
Cæsarem apertum decernit: ad quod  
gerendum summo cum imperio  
Sinanem Bassam Vezirazemem  
mittit.

Copiæ Cæsaris Rodolphi Petri-  
niam Castellum obsidentes. cogni-  
to Beglerbeg Græciæ adventu, obsi-  
dionem solvunt. Turci Sisseckum  
vi expugnant, præsidariis omnibus,  
atque his aliquot Germanis imma-  
niter trucidatis, & concisis, inque  
præterlabentem Colapin abjectis.

Iidem Savum transgressi ad Za-  
gabriam usque direptionibus, atque  
incendiis grassati, circiter quatuor  
millia hominum in tristissimam ser-  
vitutem abducunt.

Wesprinium totum quatrimum  
continua oppugnatione conquassa-  
tum, tandem in Sinanis Bassæ pote-  
statem venit: Præsidarij secreto  
exitu



exitu egressi, fuga sibi salutem quaerunt, sed ab insequentibus Turcis plerique conciduntur: pauci, & in his Ferdinandus Samariae praefectus capiuntur.

Pridie Michaëlis Palata deditioe Sinai Bassae traditur; discedentibus incolumitas, & salvus conductus promissus, sed non praestitus est. Universi enim fere sunt trucidati: viginti quatuor tantum salvi evaserunt.

Siane Bassa ab Amurate, quod Persae, ac Georgiani res novas molirentur, Constantinopolim revocato, Alba Regalis a Caesarianis copiis obsidetur, & unum suburbium occupatur, atque incenditur: discedentibus postea nostris, & Turcis insequentibus, praelium committitur mensis Octobris die XXIV. & nobilis a nostris, duce Ferdinando, Comite ab Hardeck obtinetur victoria. Janizari in fugam vertuntur, eorum Aga, sive praefectus capitur: Budensis Bassa tribus scloperorum ictibus vulneratus, Budam refertur.

In superiori Ungaria Fridericus Baro a Tieffenbach, munitam arcem Zabacca vi expugnatam Turcis adimit:



adimit : Fileccum arcem, & oppidum celebre obsidet, concurrentes auxilio obsessis Turcarum copias profligat, incensum tandem ab ipsis Turcis, & deditionem facientibus præfidiariis corporum incolumitatem pactis, in potestatem accipit. Idem Castella Diunum & Hamascum, Turcis sponte diffugientibus; oppidum & arcem Zethschin cum vicinis Castellis Holloc, Samos, & Plauenstein, quæ præfidiarii sponte deserentes hosti venienti aperta reliquerant, occupat. Novigradum item, celebris Sangiacatus in potestatem nostrorum venit.

Turci aliquod ex Alba Regia Begum novum in arcem Palattam recens occupatam deducentes, ab Husaco Petri Pappæ præfecto fortiter profligantur.

Mense Januario insequentis anni Begi Copanensis filia præcipuæ auctoritatis Turco elocanda in itinere, comitibus profligatis, intercipitur, atque ad Maximilianum Archiducem Austriæ deducitur.

Expeditione in Ungariam adversus Turcos suscepta, exercitui summo cum imperio præficitur Ferdinandus Archidux, Austriæ, Ferdi-

Q

nandi

1594



nandi Imperatoris Filius: locum tenente Maximiliano Rodolphi Imperatoris fratre; Ab his Granum obsideri cæptum, sicut a Friderico Barone a Tieffenbach Hattuvan: quorum expugnatio indies speratur.

Hactenus continuatio Chronici Turcici; quam maximam partem ex Joannis Leunclavii, viri clarissimi, Appendice Annalium Turcicorum exscripsi, paucis quibusdam aliunde acceptis.

Quia vero ex consignatione earum rerum, quæ proximis his annis gesserunt, & adhuc geruntur quotidie, haud obscure perspicitur, quantum & quantis periculis plenum Germaniæ bellum incumbat, quantoque in discrimine versetur; quæ mala non alia causa, quam multiplicibus peccatis nobis accersivimus; quæ ut puniat justissimus Deus, crudelissimum istum hostem nobis immittit: quid nunc nobis facere conveniat, attente cogitandum est. Id vero docet ipsemet Dominus per Prophetam Jeremiam inquiens: *Memento, ut locutus fuero de aliqua gente, aut regno, ut evellam, extirpem, & perdam:*

*Jerem. 18*

*ibidem*

*dam:*



dam : ubi redierit ea gens ( contra quam loquutus eram ) a malitia sua ; jam & me quoque pœnitebit mali, quod ei facere constitueram. Momento quoque ut loquutus fuero de gente aliqua , aut regno, ut adificem , & plantem : ubi malum fecerit ea gens in conspectu meo , neque audierit vocem meam ; jam & me quoque pœnitebit boni , quo eam afficere constitueram. Huic igitur salutari Domini præcepto ut obsequuti veram ac seriam agamus pœnitentiam, divinam placemus iram, tantum hostem cervicibus incumbentem nostris avertamus, præsentissimumque declinemus periculum , præstet in nobis clementissimus Deus , propter unigenitum filium suum , per Spiritum sanctum suum : cui laus, honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Ad

## CAP. III. &amp; IV.

XIII. Soltan Morud Chan ( Amu-  
Srathes ) trigesimo ætatis an-  
no imperium auspiciatus, more bar-  
baris recepto quinque fratres natu-

Q 2

mino-

A.C.

1575

A.H.

982



A.C. | A.H. minores strangulari iussit, viditque,  
uni nempe minimo illacrymans.

Mohammedes niger vulgo Mule-  
jus e Scheriphiotum familia regnis  
Fessano & Marocensi ejectus Seba-  
stianum Portugalliae Regem adfe-  
renda auxilia vocavit: Qui cum  
adfuisset, praelio commisso cecidit,  
cumque ipso Mulejus, & victor præ  
gaudio Abdalla Melicus, Rex Fes-  
sanus.

1576

983 Anno eodem certe proximo  
(juxta Arabes Heg. 984. Shah Tah-  
masp Rex Persicus, non sine veneni  
suspicione periit: Haidar vero fi-  
lius, quem mater regno admotum  
optaverat, post paucos dies interfi-  
citur.

Ismael ergo natu major e carce-  
re, cui pater illum mancipaverat,  
in thronum proventus, aut veneno  
aut vi facta mortem oppetiit, anno  
vertente. Postea fratrum natu ma-  
ximus Mohammed Chodabandah,  
Chorasani praefectus, idemque cæ-  
cus extollitur, cum nemo fratrum,  
quos Ismael necaverat, superesset.

1577

985 Bellum Turco - Persicum exarde-  
scit in Gorgistano utroque seu Geor-  
gia; mox in Persiae regionibus, Der-  
bento maxime. Post triennium in-  
duciis



	A. C.	A. H.
duciis quidem conquievit; mox ta- men refuscitatur vehementius, le- gato Persico in custodiam Constan- tinopoli coniecto.	1582	989

Perſæ regiam ſedem capto Ta- brifio Caſbinum, inde Iſpahanam tranſtulerant: Mohammed vero Chodabandah inter has turbas vi- vere ac imperare deſuit: Cœpit de- inde auſpicio non ſatis dextro Emir Chempta Mirza, & poſt octo imperii ſuſcepti menſes a tonſore ſuo juffu Procerum necatur.	1584	992
--	------	-----

Eo ſublato Magnates Perſici re-  
bus admoverunt Shah Abbas, Cho-  
dabandæ filium, Regem prudentia  
& rerum geſtarum magnitudine nul-  
li ſecundum, quin regni Perſici re-  
ſtitutorem.

Mohammed Chan, Tartariæ Cri-  
mæ Rex, juffu Imp. Turcici cum  
duobus filiis elifo gutture ſtrangula-  
tur, eique frater Iſlan Chan ſuffi-  
citur.

Inter Rudolphum II. Imp. Rom.  
& Moraden Turcic. induciarum pro-  
rogatio ad novem annos facta, non  
ita diu tamen poſtea duravit.

Ramadanus Baſſa ille Tripolita-  
nus in Regem Mauritaniæ movens,  
ubi rem male geſſerat, ab Janizaris



A.C. 1586 A.H. 994 obtruncatur : Hujus ergo vidua Constantinopolim petit.

Colacci facta denuo excursione Albam-Nestri & Ciliat, duo Turcorum emporia : Turci vero Tatum & Laurinum deditione turpissima occuparunt. Hoc enim Ferdinandus Hardeccia Comes contra fidem hosti per duos menses obsidenti tradiderat.

1594 1003 Excesit denique vita calculi doloribus MorodChan sive Amurates, cum annum ætatis quinquagesimum, & imperii vigesimum explevisset, Imp. neque linguarum Arabicæ, Persicæ, ac Turcicæ, neque omnium disciplinarum, quæ in Barbaros cadunt, expers : Tot annos Ahmed Arabs Moradi attribuit, & ab eo auctor libri al Raudah Arabici quadantenus dissentit.

## LIB. IV.

APPENDIX CHONICI  
TURCICI SECUNDA.

**I**stud denique unum, nisi fallor, negotium mihi relictum fuisse videbitur, ut nova Chronico huic Turcico appendix post Rosinia-



finianam accederet quibuscunque tandem id modis fieri nunc potest. Arabica quidem perpauca per annos secuturos, suppetunt praesidia; tum quod novi non habeantur ad historiam Turcicam scriptores: tum quod illi, qui ad nos perferuntur, studio quandoque partium occupari soleant: Veruntamen ex hodiernis & nostris Auctoribus magna rerum copia succrescebat, ut inde filum hujus Chronici ad nostram aetatem produci amplius posset.

Inter primos colloco duos Historiae recentioris patres veluti aut dictatores, unum e Germanis Jo. Sleidanum, e Galliaque alterum Aug. Thuanum, utrumque veritatis studiosissimum, & multo judicio styloque latino nitidum nec invenustum. Proximos iis adjungo Ludov. Gothofredum in Archontologia Cosm. Auctorem anonymum in Descriptione Status Turcici, Jacobum Nagy de Hassany in Statu Turcico loquente, Tavernierium in suo Hodceporico, Cluverum in Histor. Univers. Isthuanfium de rebus Hungar. Metteranum in Histor. Belg. Lundorpium in Mercuriis, quos emisit, Gallo-Belgicis, Brachelium



in Histor. Contin. & Jac. Struckhusen  
 in Syntagmate Histor. Sarrac. Turc.  
 quod præponi fortasse debuerat.  
 Inter postremos numero Auctores  
 Theatri, quod inscribitur, Europæi  
 pro diverso, quo illi manum admo-  
 verunt ævo pariter atque iudicio  
 distinctos; itidem Collectores Dia-  
 rii, quod vulgo dicitur; Europæi,  
 nec non bellorum, quæ nuper in  
 Hungariam incubuerunt, aut adhuc  
 incumbunt, recentissimos Scriptores,  
 quos Italia aut nostra Germania de-  
 dit. Sed horum manibus in præ-  
 senti parcam: Neque de Politicis  
 & Geographicis Auctoribus heic di-  
 cam, sed fatebor publice, non pa-  
 rum adjumenti ab iis huic Chronico  
 fuisse allatum, uti cordatus Lector  
 facillime iudicabit.

## CAP. I.

A.C.

A.H.

1594

1003

XIV. Soltan Mohammed Chan, sive  
 Mohammedes III. illico se-  
 dem, ne vacaret, imperatoriam Bas-  
 sis volentibus occupavit, & fratres  
 sedecim (novendecim vulgo habent)  
 eliso gutture necatos, decemque no-  
 vercas efferri simul voluit, cum Pa-  
 ter exequiis solennibus efferretur.

Duos



Duos vero posthumos, quamprimum ex matre prodierant, in Oceanum demergi iussit.

H.C.

A.H.

Sigismundus Bathori, Transylvaniæ Princeps, Rudolpho Imp. fœdere junctus, Turcos ad Temisium; Maximilianus Archidux Austriæ ad Danubium clade oppresfit maxima. Strigonium LXX. diebus obsessum capitur, & Turcicæ, quotquot subvenerant obsesfis, copiæ funduntur: Moldavia vero & pars Walachia a Transylvano occupatur, cum Sinan Bassa victori cesserat.

1595

1004

Hatvvanum primo, deinde Agria, urbs superioris Hungariæ munitissima; diu summo Turcarum impetu tentata certis deditur conditionibus, cum præfidiarii suum detrectarent obsequium. Turcis autem anno proximo Tatta & Papa eripiuntur.

1596

1005

Jaurinum stratagemate insigni ab Maximiliano Austriaco recuperatur: Postea Turci ad Zernickam strage mulctantur non exigua. Varadinum ergo quum obsident, re infecta rursus abeunt.

1598

1007

Turci ad Budam prælio minores in fugam aguntur; Segardino, Zarkado & oppidis pluribus recupera-

1599

1008

Q 5

tis.



A.C. | A.H. tis. Inter ea Tatars Moraviam omnem prædia ac depopulationibus exhauriunt.

1600 | 1009 Turci Papam proditione capiunt; vi Comorram, quæ dicitur, minorem; Canisium autem permunitum Stiria oppidum, duobus hebdomatibus obsessum, duce Ibrahim Bassa, cum Paradeuserus loci præfectus mala fide rem gereret. Nostri anno post Turcos equidem profligarunt; neque tamen recuperato, quod obsederant, Canisio.

1602 | 1011 Alba regalis Mercurio, Cæsariani exercitus duci, ad deditioem cessit: Sed anno post ab Serdate Bassa cunctis viribus occupatur, neque auxilia, quæ desiderabantur, obsesæ urbi justo adfuerunt tempore.

1603 | 1012 Mohammedes ignavia Venerique deditus, & Bassis admodum exosus, filium primogenitum, quem Magnates imperio destinaverant, trucidavit, ipse nec multo post lue pestifera correptus, ubi annos novem profuerat.

XV. Ahmed Soltan Chan quindecim annorum adolescentulus, & patri morienti præsens, ad imperium profectus, ducentos & amplius Proceres sibi suspectos matrique sustulit,



stulit, more inter Barbaros recepto. *Primus hic itaque inter Turcos neque al Sanjac i. e. vexillo donatus, neque praefectura, ut moris erat, extranea functus imperat: Ita prodidit Abmedes Arabs, & in illo suam historiam absolvit.*

A. C.

A. H.

Bellum Hungaricum adhuc fer- 1604  
vet: Paestum ergo ex regione Budæ  
ad Danubium jacens, Wacia, No-  
vogradum, & Strigonium, munita  
oppida in deditionem Turcis con-  
cedunt.

1013

Shah Abbas Rex Persiæ ad arma  
venit, Tebrisis sive Tauri, Arazero-  
ne, castro munitissimo, Bagdado  
& LXXX. urbibus, quas olim Turci  
occupaverant, recuperatis.

Idem de rebus prospere gestis Ru-  
dolphum Imp. per legatos edocet,  
novoque contra Soltanum Turcicum  
obstringit sibi foedere.

Magnus Indiae Mogor Abdul Fe-  
da Gelat-eddin Mohommed, co-  
gnomine Akabar dictus, patrique  
Hamajoni successus, cum LIV, an-  
nos imperasset, obiit, successorem  
Sultan Selim Jehanguir Patheha fi-  
lium nactus.

Tumultus in Asia novos Nassan 1606  
Bassa Alepiensis movet, fusoque  
Ahme-

1015



A.C.

A.H.

Ahmedis exercitu, Tripoli & Damasco captis, Persicum Regem sibi pacto devincit mutuo.

Akbaro, magno per indiam Mogore, post quinquaginta, quibus regnaverat, annos defuncto, imperium Mohammed Schi Hangi capesit, belisque Persico, Tatarico, & Indico urgetur.

Ahmed turbis Asiaticis Persicisque ad pacem cum Rudolpho Imp. constituendam, aut novas potius viginti annorum inducias compellitur.

1611

1020

Legatus Persicus in aula Constantinopolitana post septem menses neque auditus quidem dimittitur. Nasfan vero Bassa in Soltanis sui gratiam receptus Persicas provincias caede direptionibus ac incendiis divexat, donec Persae pacem poscerent, tributo propter captas regiones annuo promisso.

Mulei Hamed ben Abdalla simulato spiritu Prophetico quasi divinitus mitteretur, duo regna Fessanum & Maroccense occupat, exclusis Scheriphiis, qui ex A. 1500. ea tenuerant.

Sidan Rex Morroccensis, propugnaculum Hispanicum, Alarachiæ



rachia vicinum occupaturus, strage afficitur magna. A.C. A.H.

Stephanus Bathori, Princeps Transylvaniae, a Turcis ad Maximilianum Caesarem defecit, novisque motibus causam dedit. Sed restinguitur natum inde bellum, Ahmedesque misso legato pacem cum Matthio Rege Hungarico restaurat. 1613 1022

Ahmedes certa de commerciis pacta cum Belgio confederato, huiusque ordinibus sancit: Unde tuta Belgarum per Turcicas provincias ad Mercaturam excursio.

Mulei Sidan itaque Rex Marocensis ab impostore magicis primum incantationibus superatur: Postea Magus ille veneficiis aliorum artibusque succubuit: Cum Sidane autem Ordines Belgici foedus inierunt. 1612

Arabes rebelles; Cosacci factis in pontem Euxinum, Thraciam & agrum Constantinopolitanum excursionibus: Georgiani etiam & Mengreliani seditiosi turbas in Turcico praebuerunt dominatu. 1614 1023

Bellum navale cum Hispanis, Florentinis & Maltensibus continuo procedit cursu, navesque Turcorum 1616 1026



A.C. A.H. rum XXII. expugnantur, duobus millibus hominum aut necatis aut suffocatis.

Perficum quoque bellum recru-  
dit non sine gravissima strage Tur-  
corum ad 40000. cæforum,

Ahmed tot malis undique vexa-  
tus vitam anno ætatis XXX. impe-  
riumque anno XIV. deponit, Prin-  
ceps juvenis, nec tantæ moli suffi-  
ciens, & concubinis 400. præter  
Sultanam Circasiam usus, sed ap-  
paratui bellico immortuus.

## CAPUT II.

XVI. Soltan igitur Mostapha, qui  
Scellæ inclusus solitariam diu  
vitam degerat, Basis consentien-  
tibus fratrum conscendit solium,  
& fratri pro more Turcico iusta  
fecit.

Bethlem Gabor Turcicis instru-  
ctus auxiliis Gabr. Bathorium Tran-  
sylvaniæ Principem profligat, sibi que  
hunc principatum manu vindicat  
armata.

1617 1027 Mostapha homo vecors, stoli-  
dus tantoque impar regimini ab  
suis incustodiam priorem retrudi-  
tur, ubi tres menses octoque dies  
impe-



imperando confecerat, ne quidem *A. C.* *A. H.*  
 seditionibus restinctis.

XVII. Soltan Othman five Otto-  
 mannus, unicus inter Ahmedis filios  
 superstes, rejecto patruo in thronum  
 paternum provehitur duodecennis  
 puer, sed animo, quam ætate major.

Bellum statim Persicum restaurat,  
 Marte tamen iniquissimo. Nam *1619* *1018*  
 Turci ad urbem Erdebilem congres-  
 si prælio immanissimam pertulerunt  
 stragem, sexaginta suorum millibus  
 cæsis, & deleto Tatarorum ad 30000  
 exercitu.

Shad Abbas, Rex Persicus, post  
 cruentam victoriam de pace cogitat,  
 & Vezirio grandi seu Duci Turcico  
 supremo pensionem vestium serica-  
 rum pro tributo offert annuo: Tur-  
 ci ad extremas angustias redacti  
 stant conditionibus pacemque fa-  
 ciunt.

Othman Ferdinando Imp. dome-  
 sticis Bohemorum, Hungarorum &  
 Austriacorum turbis agitato auxilia  
 offert: Neque illa tamen accipiun-  
 tur.

Mox omisso Persico in bellum Po-  
 lonicum incumbit: Turci ergo ad  
 ulciscendas Cosaccorum injurias in  
 Podoliam infusi præfectum provin-  
 ciae



A.C. | A.H. |  
 1620 | 1029 |

ciae tum tribus milium millibus fuerunt.

1620 | 1029 | Schender Bassa major copiis Turcorum passim latitantibus Polonos in Walachia circumventos aggrediens cum multa suorum strage repellitur, triginta millibus trucidatis, dum vix tria Polonorum millia ceciderunt.

Othman ipse legatum Polonicum Constantinopoli praesentem oculis privari jubet : Postea collecto 400000. Turcorum & Tatarorum exercitu Polonis, qui 80000. stipendiarios undecunque collegerant, obviam procedit.

Plusquam octies collata signa sunt, decies oppugnata castra Polonica : cum nihil Turci proficerent, sed tot velitationibus pugnisque ad 160000. occidissent, pacem per legatos petere compelluntur.

1621 | 1030 | Interim Othman legato ad Neosoliensium comitia misso rebelles Hungaros de auxiliis facit certos, & Bethlem Gabori animum addit in regno Hungarico capeffendo.

Pax denique ab Othmane Turcico Imp. ac Sigismundo Polonico Rege constituitur in certas leges, Polonis admo-



admodum salubres, & victoribus A.C. A.H.  
perdignas. Legatus autem Polonicus diu Constantinopoli detentus summum incidit periculum, nec nisi muneribus Imp. Turcico oblatis pacem confirmatam obtinet.

Interea Shah Abbas, Rex Persiæ, Orum urbem in sinu Persico munitam frequentissimum emporium, Lusitanis ope Anglorum eripit, sibi que cum regno subjicit.

Othman vix reversus assiduis Janizarorum seditionibus exercetur: Quæ cum reprimi non possent, exautorare illos statuit, & sedem imperii Damascum ad Syros figere.

1031

Professionem igitur Meccensem parat, Gazamque regiam ex arario septem turribus insigni ad triremes paratissimas efferri jubet: Janizari autem tumultuose nimium fremunt, & Mostapham in carcere suo productum Imp. renunciant.

Othman ademptis insignibus, & vili tunica indutus eques spectaculo per urbem ducitur; tandemque carceri septem turrium inclusus laqueo præfocatur. *Exemplum tumultus in milite seditioso tragicum, & Turcis Imp. horumque posteris metuendum.*

Constantinopolis tumultu per tri-

R

triduum



A. C.

A. H.

duum fœvisimo percussa quatuor millibus hominum procerumque cæsis exequias paravit clancularias.

Soltan Mostapha folio restitutus Daud Bassam sibi affinitate junctum creat Vezirem, & quotquot fratri faverant, Bassas ad necem rapit: Postea sibi Janizarios donis largissimis devincit, & urbem agrumque omnem vix tumultu liberat.

Sultana mater in milites liberalissima clavo manum admovet, Vezirisque generi auspicio adjuta prope imperat, versuta mulier & imperiosa.

1622

1032

Capo Aga Othmanis fratribus mortem intentat; sed ab horum satellitio necatus, cruci postridie affigitur.

Mostapha legatum Cæsari Ferdinando II. mittit, & munera pacis ergo firmandæ. Comiti tamen Turenfi, rebellium Hungarorum duci, auxilia, quæ flagitaverat, clam submit.

Bassæ ac Beglerbegi provincias non paucas ad defectionem sollicitant, aut cum Persico Shaho fœdus percutiunt. Abuza rebellium ductor oppida minoris Asiæ, plura urbesque cepit, 9000. Janizariis disjectis cæsisque,

Mo



Mostapha non satis animo ob diurnam custodiam constans, & cum infirmitate varia consuetatus in sortem pristinam sive cellam detruditur, ubi annum mensesque quatuor imperarat. *Sic Turcia trigam Sultanorum post menses sedecim tulit, & horum largitionibus exhaustum erarium.*

A. C.

A. H.

CAP. III.

XVIII. Soltan Morad sive Amurathes IV. Ahmedis filius, ad plausu maximo regnum capessit, annos tunc sedecim natus adolescens, sed ingenii perspicacis.

Turci ad Nitriam strage multantur triplici, & ab Esterhasio Comite Neuhauselienfium præfecto strenue opprimuntur.

1623

1033

Legatus autem Imp. Constantinopolin excurrit pro pace continuanda, & muneribus, Moradi amplissimis exhibendis.

Shah Abbas Rex Persiæ Meccanas vetuit peregrinationes, ac Mechedanas substituit, structo magnifico Mechedæ templo, ubi pes cameli, in quo Mohammedes olim seditaverat, asservatus hucusque creditur.

R 2

Morad



A.C.  
1624A.H.  
1034

Morad castigaturus Janizariorum superbiam, a fratricidis poscit supplicia, multo effuso sanguine. Arzironus autem Bassa captis urbibus Prusia & Angeronia, contractisque ad 50000. militum copiis Constantinopoli minas ingessit, donec placaretur Bosniae praefectus.

Cosacci vicina ponto Euxino oppida diripiunt, & suis naviculis Constantinopolin usque delati, efficiunt vastitatem, aguntq; praedas.

Tatari tot acerbissima damna pensaturi sese in Podoliam effundunt: His prima successit expeditio, sed male altera, qua factum est, ut a Polonis cladem acciperent.

Shah Abbas, Rex Persiae, recusato tributo annuo Bagdadum occupat, & decursionibus terras infestat Turcicas. Turci, quoties confligebatur, aut cedunt Persis victoribus aut stragem editam patiuntur.

1625

1035

Morad cognita Bethlem Gaboris, qui Regem Hundaricum sese jactitat, perfidia, suas ab eo copias abstrahat, ne motus ingravescerent. Postea cum Ferdinando II. Imp. inducias duodecennales constituit, turbis Asiaticis obviam iturus.

Mehe-



Mehemed Giray Chan, Tataria *A.C.* *A.H.*  
 Precopensis Dominus, Turcos ingenti  
 praelio profligat, neque fratrem  
 natu majorem, quem Turci resti-  
 tuere conabantur, recipit. Deinde  
 captat consilia, quibus sese Regi  
 Polonico & Persico adjungat ar-  
 ctius, armaque societ: Turci ergo  
 suis Tataricisque rebus consulunt,  
 pace subito reducta.

Hispani, Veneti, Maltheses trire- 1626 1036  
 mibus navibusque Turcicis cladem  
 maritimam plus vice simplici intule-  
 runt. Pirata etiam nobilissimus Al-  
 girensis Calephat Allari, dum certa-  
 batur, periit.

Bethlem Gabor inducias ad quin-  
 que menses cum Rom. Caesare init.  
 Bassa vero Budensis octo millibus  
 militum coactis Hungariam irrum-  
 pit, captoque Novigradio depræda-  
 tur.

Morad nova expeditione rebel- 1627 1037  
 les per Asiam compescit, ducesque  
 illorum aut in ordinem redigit, aut  
 de medio male pacatos tollit. Abas-  
 sam vero Arzeroniae præfectum non  
 potuit compescere, octo Bassis plu-  
 rimisque Janizariis occumbentibus,  
 nec Bassam Pacham Othmanis per-  
 emti vindicem.

R 3

Bassa



A.C. A.H.

Bassa Saydensis, Emir Tacard, tumultum Syriae iniecit, partes secutus Persicas. Persae Gorjistanæ regulum e provinciis Hircano mari proximis repulerunt, easque in suam ditionem redegerunt.

Ayaman ( Vemem ) sive Arabia felix nimis exactionibus commota jugum excusit Turcicum, novo Rege imposito, quem postea tuebitur.

Hinc bellica in Persiam procedit expeditio, neque Turcis adversa. Moradenim Ervvanum, Armeniæ metropolis, capit; Georgiae quietem reddit, oppressis factionibus. Hinc Babyloniam incurrens cum Persis sæpe concreditur modo victus, modo victor. Cuseron autem Bassa Bagdadum obsidet, multoque premit impetu. Persae urbem ab hostibus vindicaturi magna primo incommoda, & postremo stragem sustinent ingentem; sed neque Turci minorem.

Cosacci Turcicas provincias suis exinaniunt impresionibus: Ergo ad Borysthenem a Turcis duo conduntur propugnacula, tertium vero ad ostia Danubii & pontum Euxinum.

Sultan Selim Indiae Mogor defunctus locum filio Soltano Koaram,  
Chan.



Changehan dicto reliquit vacuum, vastumque ihud imperium.

A.C.

A.H.

Shah Abbas filium affectati regni falso insimulatum vita privavit : Nec diu postea superstes animi dolorem gravissimum concepit. Sed tanto medelam luctui paraturus de successore statuit, & isthunc nepotem suum Shah Sephi jure hereditario consensuque Procerum declarat.

Pax inter Rom. Cæsarem & Imp. Turcicum anno superiore proximo restaurata legatos utrinque mittendos habuit : Tandem abeunte, Viennam alter, & alter Constantinopolin, donis instructi mutuis.

1628

1038

Mohammed Schi Hangir, magno India Mogoli mortuo successit Chornu cognomine Shah Shihandam : Sed Indostana totumque imperium turbis laborat maximis.

Denique Shah Abbas vitam finit, anno imperii XLV. ætatis LXIV Princeps per omnia laudandus, nisi quod eade filii & 1800. pellicibus labem contraxerit.

1629

1039

Sain Mirza Shah Sephi e carcere ad regnum protractus obstupuit, quasi ad necem raperetur : Mox collecto animo tractavit guber-

R 4

nacula



A. C.

A. H.

nacula furiosus veluti quidam tyrannus.

1630

1040

Idem postea bellorum reliquias deleturus, castellum Erzerum manu expugnat valida, sed quinquaginta suorum millibus amisfis, quos continua oppugnatione detinuit,

Mehemed Giray Tatarus diuturno solutus exilio Rex Præcopensi Tatariae imponitur, fraterque huic æmulus Selim Giray aufugiens sibi quærit salutem.

Morad Hungariam novis incursionibus premit, pacemque turbat. Transylvania enim Bethl. Gaborem inter Rom. Cæsarem Sultanumque Turc. nutans, hunc respicere credebatur: Sed Ragozium tandem præfecit, Sultani studiosissimum Principem, vexillo, acinace, tympanoque Turcico, favoris pignoribus, donatum.

1631

1041

Chuseron Bassa, primus Vezierius, cum iterata Bagdadi oppugnatione nihil proficeret, comminutis copiis Mosulem petiit, & Mesopotamiae hyberna.

Morad vero inducias cum Persis ad biennium facit, bellica instrumenta & agmina complecturus. Interea Sultanus ictu fulminis gemino  
Con-



Constantinopolitanum palatium su-  
umque cubiculum percussum hor-  
ruit.

A.C. A. H

Cosacci a Tataris lacesiti terras  
Turcicas irrumpunt, & oppida de-  
populantur. Adtzy Bassæ nova in  
Polonos expeditio imperatur, sed  
ab eo ad Tataricum Chanen de-  
volvitur.

1632 1042

Selim Giray Tatarus Persarum  
milite ornatus, Cirkasiam subegit,  
Crimæamque Tatariam excursioni-  
bus infestam reddidit: Tum vero  
Constantinopolis incendio correpta  
nimium deformatur.

Turci cunctis in bellum Per<sup>se</sup>um  
incumbunt viribus: Inter ea Mosco-  
vitis ad Smolenskum succumben-  
tibus succurrunt, nova in Poloniam  
irruptione facta.

1634 1044

Vladislaus IV. Rex Poloniæ duce  
Koniezpolkio stragem Turcorum  
edit memorabilem, Bassis duobus  
captis, & spoliis reportatis plu-  
rimis.

Morad templa Christianorum  
plura per Asiam occlusit ad pecunias  
corradendas: Duas idem ædiculas  
domesticas Francico legato sacras  
juslit destrui, & Legatum Polonicum  
inhumaniter excepit.

R 5

Bellum



A.C.

A.H.

Bellum Polonicum Mustaffæ Bassæ committitur : Uladislaus vero firmissimum educit in castra exercitum : Turcique inter arma subito novas pacis conditiones accipiunt (1) de tributo nullo flagitando (2) Tataris Bialogradensibus ejiciendis (3) Polonicis propugnaculis ad Borysthenem ferendis (4) Cosaccis Saporovviansibus coërcendis (5) de Hospodare Walachico (6) de Principe Transylvanico utroque Christiano.

Morad iterum a pactis resiliit, & ipse cum numerosissimo ad 300000. exercitu profectionem parat maxime pomposam. Despota vero Walachiaë nec non Despota Moldaviaë itemque nonnulli Tatarum ad Polonos deficiunt.

Cosacci trans Borysthenem incursionibus, rapinis, cædibus & flammis per Turcicas provincias hinc inde grassantur. Itaque Turci Legato ad Comitum Warsaviensium misso urgent propugnaculorum, quotquot vicina erant Borystheni, destructionem : Sed pacem Rom. cum Cæsare pactaque pristina restaurant.

Biedoblo, Africana provincia in regno Cacou Tougilensis urbs, quinque

que



que dierum iter a Tripoli distans, exemplum Nemeseos divinæ memorabile orbi proposuit. Hæ quippe tota velut scelerum & nefandæ contra naturam lasciviæ sentina cum ædibus, incolis, animalibus, plantis, arboribus, & omni suppellectilium apparatu in lapidosam substantiam conversa noctis unius spatium disperit.

Uladislaus collecto per Poloniam exercitus flore ad 200000. hosti sese objicit, & velitationibus experitur acerrimis: Ergo Turci ad pacta redeunt priora, pacemque faciunt.

Sidani, Regi Maroccensi, demortuo frater Mula al Walid successor jure datur hæreditario.

Hinc moles Turcici belli durissima in Persiam convertitur; Sed Persis fortiter resistentibus Marte pugnatur ambiguo: Donec illi varia vexati clade triumphum Sultano Turcico præbuerunt.

Transylvaniam Bethlem Isthuan Gaboris frater novo agitatur tumultu, Ragozio non sine Turcicis auxiliis principatum erepturus: Morad interim pacem cum Rom. Cæsare firmat.

Per-

A.C.

A.H.

1635

1045

1639

1046



A.C.

A.H.

Perſæ urbem munitiſſimam Reva-  
nem ſubigunt, Turcicis, quotquot  
ibi erant, præſidiis ad ſigna ſua re-  
ductis, aut excoriatis, dum vive-  
rent, nollentque.

Ragozius duce Corniſcho forti-  
ter pugnam ſtragemque Turcorum  
edidit, duobus Baſis cadentibus, &  
vexillis pluribus abreptis; Porro  
quatuor conflictus Marte ſecundo  
ſuſtinuit.

Turcicus quoque à Perſis fuſus  
exercitus rem male geſcit: Hinc  
novæ nec tamen tutæ induciæ.

Morad uſum vini vetitum ſibi  
permittit, neque legem Mohamme-  
dicam, neque Muſſi ſeu Pontificis  
monita curat.

1637

1047

Soltanus Turcicus Sinane Baſſa  
ablegato Polonis inter Comitia War-  
ſavienſia bellum denunciat: Poloni  
Chanen Tataricum ſibi conciliant,  
bellumque inſtruunt.

Beglerbegus Græciæ copiis ad  
30000. coactis arma ſeditioſa capit:  
Veziarius ſibi de reſte metuens ad  
Perſas deficit. Turci ergo bellum  
in Tranſylvania reſtinguunt, pa-  
cemque faciunt.

Tatari & Moſcovitæ urbem mu-  
nitiſſimam Tanan ſive Azacen Ta-  
nai



naï vicinam facto impetu expugnant, novoque a Turcis imposito Chamo recusant obsequium.

A. C.

A. M.

Maltenses interim octo Turcorum triremes navesque captas maximis cum prædis abripiunt.

Morad polonico intermisso bellum Persicum restaurat, & copiis ad 300000. coactis præfens ipse Bagdadum obruit; sed Turci 50000. suorum cæsis in fugam versi abeunt, mox redituri.

1638

1048

Bagdadum ergo denuo diuque obsessum, & strage sua multiplici Turcis invisum per deditionem capitur, captumque direptionibus exhauritur. Morad vero consuetis solennibus in Regem Persiæ sese inaugurari voluit, Persis indignantibus: Neque tamen urbe & regno rursus excidit Tyrannus.

Interea Neapolitani, Veneti, Maltenses classem instruunt, & cum piratis Turcicis congressi pugnas committunt varias, navesque mutuo diripiunt.

Cyrilus Lucaris, Patriarcha Constantinopolitanus, suo bis munere dejectus, & exulite alio jussus, tandem miserrime, dum abfuit

fuit



A. C.

A. H.

fuit Sultanus, immerito strangulatur.

Morad cum sedecim menses abfuisset, Persico bello intentus, Mustapham, qui vices Imperatoris gesserat, redux laqueo exstingui jubet. Bagdadensi autem urbi ac provinciae Bassam unum & Sangiacos viginti praeficit, eoque sub magistratu adhuc Turci utramque retinent,

1639

1049

Mula al Walid, Rex Maroccensium, Algeriam Barbariae urbem 80000. Aethiopibus circumfessam acerrime oppugnat: Sed regi inter castra occumbenti filius succedit tredecim annorum puer Mahammed Ibn Mula Sidam, illi expeditioni haud sufficiens.

Turci cum Persico Rege ac Veneta Republ. pacem violatam renovant, suisque ita consulunt rebus.

Shah Sephi, Rex Persicus, legato suo ad Sereniss. Holsatiae Ducem Fridericum dat negotia muneraque ampla: Huic comes Legatus Russicus Federovvizi Moscovitae Czaris adfuit, sed uterque parum ad rei summam addidit.

Waiyvoda Moldaviae Crepulus Matthiae, Walachico Waiwodae, insidias

fidias



fidias de ducatu struit, bellumque A.C.  
 infert Sultani Turcici permissu: Sed A.H.  
 fusis copiis insidiator aufugit, poe-  
 namque luit.

Morad feбри continua & hydrope  
 consumptus mortem obiit, cum se-  
 ptendecim annos imperando, tres  
 & triginta vivendo peregerat, Prin-  
 ceptu usu bellicarum vario & crude-  
 litate magnus.

## LIB. IV.

XIX. **S**oltan Abraham Chan aut  
 Ibrahim fratrum unicus su-  
 perstes, anno ætatis duo detrigesi-  
 mo ægre ad imperium accessit:  
 Annuens per mediam urbem ab Jobi  
 Ansariensis monumento ad Pala-  
 tium Constantinopolitanum dedu-  
 citur. Postea legatum mittit Vien-  
 nam, qui cum Cæsare Rom. Ferdi-  
 nando III. pacta renovet antiqua.  
 Turci tamen suis excursionibus Hun-  
 gariam laceflunt.

Piratæ Turcici naves appetunt  
 Christianas opprimuntque: Sed ab  
 Venetis, Maltensibus, Gallis, Bel-  
 gisque retunduntur, aut capiuntur  
 etiam.

Persæ



A. C.  
1640A. H.  
1050

Persæ Bagdadum nova cingunt obsidione, Bassamque tumultuosum Vannum suis adjungunt partibus. Ibrahim quam potuit celerrime coacto exercitu motus comprimit domesticos, Persas vero novis induciis & pactionibus sibi conciliat.

Tatari facta per Podoliam impressione vetus a Polonis stipendium, quod sibi deberi crediderant, reposcunt, & vastationibus ubique sæviunt.

Polonicus Legatus Constantino-  
polim progressus a Turco domi detinetur custodia: Mox liber donis ornatur insignibus, & pace præter opinionem sancita lætus ad suos remittitur: Sed Turci ex castris Tatarique domum repetunt.

1641

1051

Turcicus legatus Mehemet Aga Viennam, & inde Ratisponam ad Comitiam concessit publica propter inducias cum Rom. Cæsare prorogandas.

Shah Sevi, Rex Persiæ, defunctus tres minorenes filios reliquit, quorum unus Shah Abbas tredecim annorum puer throno imponitur. Legatus vero Persicus Constantino-  
polin petit, donis splendidissimis obla-



oblatis ad paterna pacta cum filio A. C. A. H.  
renovanda.

Ibrahim Czarem Moscoviticum bello terrestri & maritimo persequitur, Assacenque urbem Tataricum Tanai vicinam recuperat : Turci tamen mari terraque ab Russis & Cosaccis cladem accipiunt.

Persia motu terræ vehementissimo concussa vicos aliquot, urbes duos, & maximam oppressorum hominum multitudinem amisit.

Pax inter Rom. Cæsarem Sulta- 1647 1052  
numque Turcicum ad annos viginti composita difficiliore habuit conditiones, de quibus tamen postea convenit.

Comitia indicta Hungarica diutius protrahuntur, dum nonnulli ordines cum Ragozio, Transylvano Principe, conspirant : Hujus enim filio successionem hereditariam Sultanus contulerat.

Assace urbe, castelloque hujus munitissimo, ac provincia tota in potestatem Turcicam redactus, pax Soltano & Czari Russico affertur, cum Princeps aut Despota Walachia conciliatorem sese interponeret.

S Turcicae



A.C.

A.H.

Turcicæ naves in inusitato auctæ numero per mare mediterraneum damna Christianis inferunt multa, & illata vicissim sentiunt.

Somnia & vani de sepulcro Mohammedis apud Medinenses diruto, itemque Antichristo recens genitorum sculi ubique spargebantur, etiam typis descripti.

1054

1943

Turci Neovarinum sive Neuhau felium per proditionem aliquo tentarunt strategemate: Sed res ea captis quibusdam & frustatis omnibus male vertit.

Ferdinando III. Rom. Cæsari Sultanis societatem bellicam & auxilia in Suecos Gallosque mittenda obiulit: Sed neque illis tum opus erat.

Shah Abbas Rex Persiæ sævum gerit imperium, vini que usum licitum permittit & amat: Tres ergo regii gygnæci virgines, quæ vinum sumere nolebant, perimi comburius, nec religionis, nec patriæ, quæ vino erat opposita, legis memor.

Idem Regulo Vsbckensi Tataro cum domesticis filiorum seditionibus conflictanti auxilia submittit 15000. equitum & 8000. peditum, provinciam Persiæ finitimum sibi pro præmio. Tata-



Tatari magno sese agmine in Poloniam effundunt: Ragotius Transylvanus Hungaricum parat bellum neque Sultano nescio, & Caschoviam, Eperisiam, Eperisiam, Leutzschamque capit.

A. C.  
1644

A. H.  
1054

Ibrahimus matri obsequens & sanguinarius exercet, Tyrannidem, Vezerio pluribusque Basfis immaniter mactatis.

& 1645

1055

Ragozius fuso per Cæsarianos exercitu suo, missis legatis, de pace ut agatur, expetit; Interea fœdus cum Suecico bellorum duce Torstensohnio ferit.

Turci bis in Stiriam irrumpunt: Interea legato Viennam missio, alterum Rom. Cæsaris pro more accipiunt, neque tamen de rerum summa sincere statuunt.

Ibrahimus maximo apparatu ad bellum Venetum incumbit, classemque struit amplissimam: Nec Veneti rebus defunt bellicis, neque Malenses ad auxilia conquirenda, navesque condendas.

Idem pacta cum Rom. Cæsare prisca in decennium confirmat, & Ragozio beilo finem imperat: Porro litteras indictionis bellicæ minacissimas divulgat, quibus Sultanam



A. C.

A. H.

Zaffiram, suumque filiolum Othmanem in Meccensi profectioe ab Maltenfibus captos caufatur.

Soltanus mox Candiam five Cretam Venetæ Reipubl. fubjectam obruit claffe metuenda, & trecentis militum millibus, fimulque Dalmatiam exercitu permagno.

Turci occupato S. Theodori portu & castello proximo irrumpunt Candiam octoginta militum millibus effufis Caneam urbem bene munitam circumfident.

Ferdinandus III. Cæfar & Ragozius Transylvaniæ Princeps pacem certis conditionibus pacti, castra commovent, militemque reftituta educunt Hungaria.

Veneta claffis numero navium longe impar, tamen ad pugnam fortiter congressa, in portu Sudenfi triremes triginta Turcicas corrum- pit, octoque hofti eripit, trecentis denuo in Caneæ præfidium collocatis militibus.

Claffis Turcica portum Caneen- fem occupat, non fine magna militum & triremium clade.

Immane Constantinopoli exor- tum incendium 10000. ædes & 15000 tabernas mercatorias, ducenta Tur-  
corum



corum & quatuor Græcorum templa, nec non triginta palatia consumsit.

A. C.

A. H.

Canea tandem vehementissime per duos propemodum menses oppugnata, cum Turci septies irruptionem tentaverant, in certas conditiones deditur, immunitate militibus & incolis pacta.

1646

1056

Caneam Veneti nova cingunt obsidione; Turci vero Majoribus parati copiis cinctam urbem liberant.

Bassa Budensis ad Carlsstadium usque, post majori agmine ad Graizium Stiria urbem excurrit: Turci enim violentum transitum minantur, cum petitus negaretur suis a Cæsare Rom.

Ibrahimus Bassam belli maritimi ducem plectit capite, ac suum Pontificem seu Muffci loco submovet: Hinc nova Constantinopoli seditio gliscit.

Tatari facta in Moscoviam irruptione Christianos miseros ad captos aut servituti suæ aut remigio Turcorum mancipant: Moscovitæ cum Polonis arctiora pacta ferunt, & bellicam aduersus Tattros expeditionem parant, copiis coactis amplissimis.

S 3

Co-



A.C.

A.H.

Cosacci Trapezunte capta vastitatem regionibus ponto Euxino vicinis inferunt: Affacen postea expugnant. Ordines autem ac Waivvoda Polonici apparatus Regis bellicum & improbant, & decreto vetant publico: Turcicus Legatus Wasaviam progressurus non admittitur.

Bassa Alepensis in Syria tumultum constat, & octoginta seditiosorum millia sub signis habet.

Thomas Maurocenus, Venetæ clasfis imperator, ad Hellesponti angustias (Dardanellos) commisso prælio quadraginta Turcicas triremes opprimit, dissipatque plures.

Turci Duce Bosniensium Bassa Dalmatiam aggressi, Novigradum capiunt, immaniter in agris & oppidis grassantes.

Veneri Caneam iterum terra marique circumfident: Turci vero cunctis viribus urbi subveniunt. Hinc Datiam tripartito agmine deprædantur, & Sebenicum obsidione premunt irrita. Isthinc portum Sudentem una cum munimento proximo oppugnant, urbi Candiaë inhiantes:

1647

1057

Porro cum terrestribus Venetorum copiis concurrunt, & Rhetimum, arcem-



arcemque huic proximam violenter *A. C.* *A. H.*  
opprimunt.

Interim Turci Legatione iterata inducias & pacem cum Rom. Cæsare continuandam stabiliunt. Soltanus autem domi tres filias, quatuor aut quinque annorum puellas elocat, Bassisque sponfis educationem sua prole dignam imperat. Harum una Ghealtera quinque tales maritos habuit, virginitate adhuc integra, & ultimum quidem Ismael Bassam in prælio ad Rabum Hungarico A. 1664. casum: Denique Gurgi Mohammedi Bassa Rudensium post tot annos nupsire dicitur.

Suda munitissima arx, portusque huic adjacens in Turcorum ditionem veniunt. Veneti vero classem Turcicam in mari Ægæo dissipant: Malteses etiam tres naves Turcorum validas magnasque superant.

Mohammed Ibn Mula Sidan, Rex Maroccensium, legato misso Regem Portugallia sibi focium pactis devinciri cupit.

Veneti Cremoniam Dalmatiæ castellum capiunt, & Novigradum hostibus erreptum solo æquant; Nudinum, Scordonamque ad deditio-  
nem redigunt.

S 4

Clas-



A. C. A. H.

Classis Turcica commeatum & auxiliares copias Candia importatura in Archipelago cladem incurrit maximam : Iterum collecta disjicitur viginti triremibus perforatis, multisque captis ; idque Grimani Imp. Veneti auspicio.

Vezerius Husain, praefectus Canaë Turcicus, urbem Candiam obsidione premit, mox inde ab Venetis repellendus.

Turci Sebenicum Dalmatiæ urbem maximis tormentis verberant : Sed Veneti ab obsidione illam vindicant, repulsis hostibus.

1648

1058

Item Veneti Duce Leon. Foscolo Clissam, urbem Dalmatiæ munitissimam obsessam capiunt, pluraque Turcorum oppida : Morlacenses etiam Christiani Sefinum occupant.

Constantinopoli terræ motus, pestilentia & annonæ caritas calamitatem summam patiunt. Ibrahimus autem ob sævitiam & Venerem exosus populo ab Janitzariis tumultuantibus strangulatur, cum annos XXXV. vixisset, imperiumque annos VII. tenuisset : Ipsum in funere accæde triginta, quas deperierat, uxor-



uxorculæ comitantur, ab iisdem militibus comprehensæ.

A. C. A. H.

## CAP. V.

XX. Soltan Mohammed IV. quem Ahmedem II. alii vocant, puer septem annorum summo potitur imperio : Cui cum per ætatem impar esset, Mehemed Bassa, purpuratorum omnium princeps seu Vezierius magnus Reipubl. præficiatur. Mater vero Walida, Procetum consiliis adjuncta, mulier ingeniosa manum clavo admovet.

Cum Ferdinando III. Rom. Cæsare ad annos XXII. pax inita restauratur, ut bellum Venetum magis exardescat.

Clasfis Veneta in Archipelago naufragium facit, ut naves aliquot, nonnulli milites ac ipse Imp. Grimanus marinis fluctibus miserrime operirentur.

Turci & Tatarum novum bellum factiosæ Poloniae facessunt, ducemque Cosaccorum Chmielnickium ad turbas concitant domesticas, Vladislao IV. Rege nuperrime defuncto. Johann. Casimirus, novus Poloniae

S 5

Rex



A.C.

A.H.

Rex, tumultus ex parte comprimit, magnasque Turcis copias opponit.

Turci Hungarique mutuis sese incursionibus divexant, neque his tamen pacem publicam violari credunt.

Turci capta Rhetimo totius Insulae caput Candiam furibundi rursus obruunt, sed strage mulciantur multiplici. Nam Veneti portum quoque Sudensem recuperant.

1649

2059

Poloni cum Turcis Tataris, Cofaccisque commisso praelio succumbunt, fugatique passim concidunt.

Turci re infecta Candiam urbem relinquunt: Interim ab Serenis. Venetorum Reipubl. totam poscunt Insulam, sed repulsam merito ferunt.

Veneti Medonem Albaniae urbem occupant: Porro edita navali pugna classem Turcicam oppresserunt, LXXII. triremibus octodecimque navibus incensis aut perditis, captis duodecim, sex millibus hostium necatis, & duobus Christianorum milibus liberatis: Idque ad portum Foggiensem contigit.

Urbs Candia neque tum forori cesfit Turcico, sed iteratam sustinuit oppugnationem: Turci ergo no-

vam



vam urbem extruunt, unde subigi  
& impugnari vetus illa queat.

A.C.

A.H.

Poloni Cosaccos rebelles, horum-  
que socios Turcos & Tataros Duce  
Radzivilio profligant. Rex ergo  
Poloniæ cum Chamo Tatarico Islam  
Gerai pacem inter castra composuit,  
& Chmielnickium, Cosaccorum du-  
cem, supplicem ad deprecantem  
excepit gratiosissime.

Soltan Turcicus misso ad Philip-  
pum IV. Hispaniæ Regem legato pa-  
cis diuturnæ conditiones; item nu-  
ptias Domini Johannis Austriaci  
cum Sultanina ad fidem Christia-  
nam convertenda, & pro dote re-  
gnum, quodcumque sit electurus,  
Turcicum, donaque proponit re-  
gia.

Idem legato alteri hoc dedit ne-  
gotium, ut pax cum Imp. Ferdinan-  
do IV. certior constitueretur, tribu-  
tum aboleretur annuum; concor-  
dia tamen mutuis confirmaretur in-  
posterum donis. Turci tamen de-  
cursionibus Hungariam & Stiriam  
infestant, mascule repulsi.

Ahmed Turcicus Imp. ritu Mo-  
ammedico circumcisus diem fe-  
stum urbi Constantinopolitanæ in-  
tulit.

1650

1060

Shah



A.C.

A.H.

Shah Abbas Persicus Rex Canda-  
horam Indiæ urbem Shah Sefio ere-  
ptam recuperat, Persisque bello as-  
ferit.

Veneti triremes Turcicas octode-  
cim in Chiense portu fortiter aggres-  
si omnes commeatu in Candiam  
transvehendo instrumentisque bel-  
licis refertas aut perforant, aut secum  
alio abducunt. Ipsi etiam castellum  
S. Theodori Canæ proximum Mo-  
cenigo duce occupant, Turcicis,  
quotquot erant, præfidiis cæsis ca-  
ptisve.

Bosnia tumultu agitata domesti-  
co Bassam exterminat, novumque  
poscit rebus ibi bellicis præfutu-  
rum.

Chamus Tatariaæ legato Turcico  
Soltanum exprobrat infantem, ac se-  
se in electione præteritum: Legatus  
enim pacem cum Rege Polonico nu-  
per factam incusaverat.

Tatari & Cosacci Basilium Mol-  
daviaæ Despotam armis lacesunt:  
Poloni vero eum tuentur, & de pace  
ut agatur, admonent. Inde pax no-  
va subito exoritur.

1651

1061

Legatus Rom. Cæfaris ex aula  
Turcica Viennam, & Turcicus Con-  
stantinopolin remigrat, uterque suo  
paci



pacis negotio confecto latus. Turci tamen Comorram parvam, oppidum Croatiae munitum non ita multo post valida obruerunt manu: Cumque nihil proficerent, non sine cruenta militum strage abierunt.

Comes ergo Buchheimius copias cogit, & Turcicum propugnaculum Canisæ vicinum ignibus pervertit, Turcosque ibi profternit plurimos. Turci vero superiorem iterum Hungariam irrumpunt, magnoque captivos numero abducunt.

Res bellicæ in Creta minus feliciter successerunt Venetis, per ducum simultates æque ac militum creberrimam desertionem. Turci tamen ad propugnacula urbis Candiaæ adhuc hæserunt, aut ceciderunt plurimi.

Classis autem Veneta non procul a portu Chiense Turcicam adorta naves hostium multas inflammat, & undecim captas cum Turcorum ducibus spoliisque trahit. Navis quoque prætoria flammis consumpta Imperat. suum Mehemetem Bassam ad aquas & inferos detrusit.

Veneti porro in Dalmatia Morlaccensibus juncti Bassam Bosniensem, dum





A.C.

A.H.

dum Clissæ inhiat, castris & copiis exutum jugulant.

Iidem duce Foscolo Samum Chiumque Insulas depopulationibus tributisque maximis divexant.

Tatari Cosaccique factiosi duce Chmielnickio bellum Poloniae domesticum redintegrant, hujusque socium Soltanum habent Turcicum. Hinc ab Rege Johan. Casimiro strenuum initur praelium, hostesque claeem accipiunt horrendam 16000 Tataris & 15000. Cosaccis concidentibus Quarto post dies hostes depulsis castris fugam arripiunt, 20000 eorum occumbentibus. Mox de pace agitur nova, bellumque restinguitur intestinum.

1652

1062

Sed anno sequente renascitur: Nam Cosacci Tatarique castra expugnant Polonica, eduntque stragem in illis non exiguam. Turcicus quoque Soltanus literis superbissimis Regi Polonico bellum indicit, ueque ramen postea infert.

Bassa Alepensis Catergki seditioso instructus exercitu tria committit praelia, copiasque attrivit Turcicas: Soltanus autem pacis ac veniae promissionibus inescatum jubet, interfici, easque ita turbas comprimi.

Vene-



Veneti urbem Candiam & suam Dalmatiam tuentur, strenue, multisque Turcos velitationibus frangunt.

Turci ergo pacem simulant, & ab Venetis legatum Constantinopoli una cum muneribus oblatis recipiunt.

Turci Hungariam excursionibus infestant, Comitesque quatuor Esterhasios, qui obviam prodierunt, una cum militibus trucidant.

Legatus Venetus vana spe lactatus, tandemque inauditus dimittitur, quia Turci totum Candiae regnum poscunt. Husaim Bassa ergo urbem Candiam majori oppugnat impetu: Veneti autem cunctis eam viribus defendunt. Nec aliter rem suam in Dalmatia gerunt, ab Mortacensibus adjuti sociis. Turci tamen urbem, quam obsederant, Selanum in deditioem redigunt, neque suis in ea capta stant conditionibus.

Soltanus Ahmed quatuordecim annorum puer ad summa procedit gubernacula, cum nec ephebis quidem excefferat, Bassis ita volentibus.

Idem

1653

1063





A.C.

A.H.

Idem Bassam Bosniensem belli Dalmatici male gesti reum in vincula coniectum detinet : Husain vero Bassam belli Candiani ducem Constantinopolin accessi jubet ad reddendas de rebus suis rationes.

1654

1054

Turcicus legatus Viennæ de Hungarorum incursionibus conqueritur, & plus querelæ de Turcicis injuriis ibi percepit : Crebra enim mutuaque latrocinia reciprocabantur.

Soltanus Muffi seu Pontificem suum præciso capite trucidat : Husain Bassæ supplicium remittit, numerata pecuniæ summa, sed Amurathum Hungariæ Bassam maritimo bello præfecit.

Veneti Turcique ad Hellesponti angustias Marte conflixerunt ambiguo, ut neutra pars palmam alteri deferret : Venetorum tamen clades minor, & victoria major fuit.

Veneti Climam Dalmatiæ urbem circumfident ; at Turcis furiose irruentibus discedunt. Turci postea urbes Venetis subjectas agrosque diripiunt, & Morlaccensibus cladem non unam inferunt.

Soltanus Turcicus legatum Polonicum magno excipit honore : Tataricus quoque Chamus Mechmed Geray,



Geray, Islami nuper demortui successor fraterque cum regno Polonico pacta de auxiliis restaurat pristina.

A. C.

A. H.

Turci suis excursionibus infestam reddunt Hungariam, Vespriniumque tentant: Sed repulsi aut fugiunt, aut cadunt. Hungari ergo toties lacesiti ad Regem novum hoc anno solenniter coronatum de tot injuriis querelas deferunt.

1655

1065

Ahmed Soltanus solennem de regno suo inaugurationem sustinet cum apparatu maximo, pluresque magistratu Bassas & ipsum adeo Vezierium trucidatum dejicit.

Veneta clasfis Turcicas lacescit Insulas, & loca deprædatur maritima: Deinde classem profligat Turcicam, navibus septendecim & sex triremibus creptis, iterum gloriosa victrix.

Turci novam urbem obsessæ Candiaæ objectam propugnaculis, vallo fossaque muniunt, ut instent acrius, ac finem obsidioni post tot annos continuæ imponant.

Ipsi variis insultibus Hungariam & Croatiam vexant: Bassa vero Turcicus in latrocinio captus, Viennamque delatus, & tres naves

1656

1066

T

Tur.



A. C.

A. H. Turcorum mercatoriae ab Hungaris direptae causam dederunt, cur Legatus Turcicus de injuriis conquereretur.

Janizarii male pacati ad arcem Constantinopolitanam confluunt, neque conquiescunt, nisi numerata pecunia, & jugulatis monetæ falsatoribus. Mustapha Vezierii decollati filius necem paternam ulturus, sese turbis imiscuit, donec suo mulctaretur capite.

Veneta clasfis Turcicam aggressa, naves hostium aut frangit aut opprimit, paucis elapsis, & multis hominum millibus necatis submersisque. Hæc memorabilis ad Hellesponti angustias victoria triumphum singularem peperit, tresque insulas Lemnum nempe Chium, Tenedum in deditionem facilem redegit.

Shah Abbas, Rex Persiæ, Legato misso Bagdadum & huic proximam provinciam sibi a Turcis restituentam flagitat, eaque recusata denunciat bellum: Sultanus ergo Persicum legatum induciis & promissionibus demulcet.

CAP.



## CAPUT VI.

Veneti Legatum Moscoviticum 1657 1067  
 multis auctum muneribus dimittunt, & sancto ad mercaturam foedere pro auxiliis contra Turcam oblatis gratias persolvunt.

Iidem novas copias conscriptas in Dalmatiam abducunt, classemque majori cum apparatu ædificant, Turcis opponendam.

Soltanus Persicum legatum, qui nudato ense sua negotia obiturus aulam accesserat, custodiæ mancipari una cum satellitibus jubet. *Hinc nova belli materies denuo suppressa.*

Veneta clasfis duce Mocenigo navalem reportat victoriam, stragemque in triremibus Turcorum hostium dissipatis & navibus permagnam edit.

Soltanus Despotam Walachia novum exterminari, ac rejectum Lupulum a Tataris restitui jubet. Hinc Tatarsi Polonos magno facto agmine adjutum veniunt, & Ragozii Transylvani Principis exercitum inter necione delent.

Veneta clasfis urbem Natoliae  
 T a            Sovva-



A.C.

A.H.

Sowazchem in ora marina munitissimam expugnat, funditus everfam: Porro de Turcica classe, cui objecerat sese, cruentam aufert victoriam, Mocenigo virisque generosis pluribus fatalem.

Turci Tenedum Lemnumque recuperant: Sed urbem Dalmatiæ obsessam Cattarum relinquunt.

1658

1068

Legatus Turcicus Tataricusque Leopoldo I. Rom. Cæsari electo nuperrime gratulati, pacta & inducias restaurant.

Veneta clasfis in portu Chio Turcicam adorta, duce Morosino triremes novendecim cepit, ceteras disjecit aut perdidit: Turci tamen commeatum & nova præsidia Canæ Rhetimoque, urbibus expugnantis inferunt.

Asian Aga Bassa Alepensis, acerrimus seditionis auctor, exercitu ad 50000. coacto Prusiam perripit, copiasque fudit Turcicas ipse invictus: Sed blanditiis tandem corruptus, & capite plexus cum triginta suorum primatibus perit.

Soltanus Turcicus Joan, Ragozium a principatu Transylvanico removeri jubet. Ordines ergo recedenti Franc. Redeyum substituant,



tuunt, sed mox mutata sententia veteri adhærent Principi, & bellum ineunt. A.C. A.H.

Ragozius Bassam Budensem Chinanem, castris & copiis exutum strenue profligavit: Ergo Turcicus Vezierius & Chamus Tataricus junctis Walachiaë Moldaviaëque Despotis ad bellum gravissimum incumbunt.

Turci Jenoum, Caranschebesch & Lugazum, oppida munita per deditionem capiunt: Tatari vero per totam Transylvaniam flammis, deprædationibus, & cæde grassantur.

Soltanus denuo Barczajum Principem Transylvanis Ordinibus obtrufit, neque sic tamen Ragozio adversaturum. Legatus autem Turcicus Rom. Cæsari pacem per viginti annos renovandam obtulit, ea lege, ne Ragozius juvaretur. Hunc itaque Cæsar monuit legato missio, ut sibi consulens terra sua excederet alio. 1659 1069

Wayda Mihneus Despota Walachiaë a Soltano Turcico desciscens, sibi Ragozium devinxit fœdere a Transylvanis tertio adsumptum Principem.

T 3

Szeidi



A. C.

1 H

Sze di Ahmed Vezierius Budensis, & Hufain Bassa exercitu coacto Turcico primos aditus ad portam, quæ vocatur, ferream perrumpunt, & Ragozianas copias contundunt prælio fugantque,

Iidem obsesso Cibinio subventuri dimicationem ineunt, Ragozio hujusque copiis cruentam: Ipse princeps quatuor ex vulneribus post octodecim dies Varadini occubuit.

1660 1070

Ali Bassa Szeidi Ahmedem bellico deponit imperio, & ipse Varadinum, firmissimum Transylvaniae propugnaculum, cinctum oppugnat machinis, elapsoque mense ad deditioem subigit, cum auxilia petita urbi negarentur.

Kemeny Janos ex Ordinum suffragio sibi Transylvaniae principatum armis vendicat, & Barczajo publicam in Comitibus Regensibus abdicationem suadet.

Bassa Waradiniensis quatuor Comitatus Hungaricos Transylvano Principi concessos sub Turcicam potestatem redigere conatur. Exercitus autem Cæsareanus Comite de Souches duce castra prope Tokayum posita vallo munit ad Turcos prohiben-



hibendos. *Hinc nova belli materia* A. C. A. H.  
*exorta.*

Veneta clasfis duce Franc. Morosino portum Sudensem attigit, ibique copiis ad 9000. expositis, & Apricornensi propugnaculo capto Caneam strenue tentat: Hinc digressa Candiam novam, Turcis pariter ac suis militibus ex parte prostratis.

Veneti piratam Turcicum Maurensem in sinu Adriatico cum navi prædatoria captum abducunt: Malteses vero triremes Rhodium Bassam una cum quindecim comitibus per mare animi causa proventum.

Bassa Waradiniensis castella urbi suæ proxima expugnata Turcicis firmat præfidiis, & Mich. Apafi ex vetusta nobilitate Virum præponit principem, excluso Kemeny Janos: Ipsum exercitus quoque Cæsareus destituit relicto in quatuor castellis præsidio ad castra Tokayensia & hyberna denique recedens.

Nicol. Serinius Comes Turcicum agrum multis excursionibus dive-xat, & novum propugnaculum Serinsvvarum velut Canisianis præfidiis frenum abjicit.

T 4

Lega-



A. C.

A. H.

Legatus Turcicus Regi Polonico decumbenti pacem restaurandam, transitum exercitus ad terras Austriae Silesiaeque liberum, & rationem Soltani sui aut Chami Tatarici habendam in electione, si quae aliquando fieret, proponit.

Veneta clasfis Georg. Morosino duce Turcicam profligat, tribus Turcorum navibus & undecim triremibus captis, novendecim confractis merisque.

Ibrahim Bassa Zaram Dalmatiae urbem copiis circumfedit, iisque comminutis obsidionem subito solvit.

Veneta clasfis Alexandrinae Turcicae victrix triremes tredecim abduxit, reliquas evertit, exceptis quatuor, quae Maltensibus in praedam cesserant: Porro navim tributariam novem millionibus aestimatam hosti eripit.

Legatus Caesaris Perezius Constantinopolin petit, Transylvanicae causae modum finemque additurus: Turci vero suae insistent sententiae, Apasium Principem totamque Transylvaniam sibi afferentes.

1662

1072

Kemeny Janos Apasium bello persecuturus Kutsucki Bassae succubuit,



buit, necatus, & cum cunctis copiis fufus: Hinc arces Cæfareo in-  
 ſtructiæ præſidio requiruntur.

Apafius & Kutſucki Baſſa Clau-  
 diopolin oppugnant: Eam cum præ-  
 ſidia ibi collocata Cæſarea tueren-  
 tur, conſtitutis induciis obſidionem  
 iterum ſolvunt.

Tota Candiaæ terræ motu gravi-  
 ter concuſſa domos vicoſque per-  
 didit: Turci autem cum fame ac  
 hoſte acerrimo diu conflictatū pas-  
 ſim diffugiunt, & Venetos ſequun-  
 tur.

Veneta claſſis Alexandrinam por-  
 tus Turcicam oppreſſit, navibus  
 militaribus diſtractis, & decem mer-  
 catoriis magno cum tributi pondere  
 abductis: Deinde naves Alexan-  
 driam excuſſuras & mercibus onu-  
 ſtas æque ut pecunias capit, diſſipat,  
 evertit.

Dum de pace agitur, bellum Tur-  
 cico-Hungarium exardescit: Turci  
 enim copias ex Europa & Aſia con-  
 tractas Ahmede Vezerio duce Hun-  
 garis Cæſareisque militibus oppo-  
 nunt, iisque inter caſtra Barkanen-  
 ſia fuſis Neovarinum ſive Neuhau-  
 ſelium circumſident, & vehementiſ-  
 ſime oppugnatum ad ſubitam dedi-

T 5 tio-

1663 1073



A. C.

A. H. tionem redigunt, cum odiesi annue-  
rent facile, nec auxilia expecta-  
rent.

Interea Tatari per Moraviam om-  
nem excursionibus, vastitate, in-  
cendiis & coacta captivorum multi-  
tudine sævierunt, cum Turci ob-  
fessores ad 3000. inter oppugnan-  
dum caderent.

Neutra munitum oppidum &  
Freistadium Turcis in deditioem  
venerant: Schinta noluit venire,  
dum Comes Serinius castra laceffe-  
bat Turcica.

Turcitus exercitus ad hyberna  
prodiens Levvenzam & Novigra-  
dium capit: Tatari autem Serius  
Warium oppugnant, mox inde re-  
cessuri. Zeckelheydenses interim  
præfidiarii ob negata stipendia de-  
fectionem parant, & castrum Apa-  
fio dedunt, præfectis Cæsareis ere-  
ptum.

Bellum Turco - Venetum atte-  
nuatur: Nam in Dalmatia Candia-  
que solum excursiones mutuae per-  
crebrescunt: In mari naves Turki-  
cæ aut piraticæ Algerenses ab Vene-  
tis, Belgis & Maltensibus alicubi su-  
perintur.

1664

1074

Comes Hohenloensis Comesque  
Seri-



Serinius, Germanicis & Hungarorum copiis conjunctis Bresnizam, Baboczamque castra inferioris Hungariæ munita capiunt; Quinque ecclesias summo expugnant impetu, & pontem Esseckensem injectis ignibus consumunt: Reduces urbem captam, a cujus arce interim obsessa receditur, cremant, & Segestum occupant, Turcis, qui occurrerant, Tatarisque fufis.

Comes de Souches Neutram obsessam recuperat: Cohortes autem Turcicæ, Tataricæ, Walachicæque subventuræ cladem a nostris non exiguam accipiunt. Levvenza, Proro oppidum per vim, ejusque arx per deditionem capitur, & Turcicæ ibidem copiæ castris exuuntur: Barkan autem castellum incendio deletur.

Comes Hohenloensis & Comes Serinius juncto exercitu Canisiam cingunt, & acriter attentant. Sed cum Ahmedes Vezierius obsessis auxilia submisisset, ipseque parato exercitu advolaret, obsidionem iterum solvunt.

Turci Serinsvarium circumsessum & vehementissime oppugnatum capiunt, suffosque pulvere tormenta



A. C.

A. H.

mentario evertunt ; Post Comoram parvam & Egeffam, duo castra concremant.

Exercitus Cæsareanus copiis Germanorum Gallorumque auxiliariis unitis paratior commisso ad Rabum amnem & S. Gotthardi monasterium prælio stragem hosti memorabilem infert, Basfis quatuor & 12000. militum aut concisis aut aquæ immerfis.

Exercitus utrique ab Rabo digressi ad Danubium castra metantur, & velitationibus concurrunt. Poitea induciis constitutis pax nova non procul a pago Vasnare componitur, & copiæ in stativa sua tandemque hyberna eunt.

Pacis hujus præcipuæ fuerunt leges I. Ut Principi Transylvanico sua castella præsidiis Germanicis munita restituerentur : Transylvania vero suis juribus ad eligendum Principem ceterisque privilegiis gauderet II. Comitatus Zattmariensis & Zabolezenis regno subessent Hungarico. III. Castellum Zeckelheidenfe dirueretur IV. Fortalitium novum ab Imp. cis Wagum amnem exstrui, Guttaque trans eum præsidio firmari posset V. Pax in

in



in viginti annos & mutua quidem legatione coalesceret VI. Legatus Cæsareus dono ad 200000. florenos voluntario instructus obiret, tantique pretii munera referret secum Turcicus.

Angli & Belgæ Algieriam hujusque piraticam bello maritimo coercent. Galli Gigereum classe sua & Maltensi socia junctis oppugnant, sed repulsi ab hostibus oram Africae maritimam relinquunt.

### CAP. VII.

Legatus Cæsaris Comes Lesbus Constantinopolin petit, Turcicus Viennam, uterque donis instructus rarissimis ad pacem mutuo firmandam.

1665

1075

Imp. Leopoldus Leopoldinæ aut Leopoldopoli, novo propugnaculo, ad Wagum condendo prima poni fundamenta jubet, ac privilegia impertiri; Seckelheidam autem castellum Varadino proximum excidi.

Turci per Candiam cum peste miserrima & fame alicubi conflictantur, per Dalmatiam incursionibus Venetorum & Morlaccensium aut deprædationibus urgentur.

Ahme.



A.C.

A.H.

Ahmedis Soltani filius quidam  
excesit vita ; Palatium vero Con-  
stantinopolitanum & Gynæceum di-  
ro flagrat incendio.

1666

1076

Comes Leslæus Viennam incolu-  
mis revertit : Lambecius autem Bi-  
bliothecarius Cæsaris Budensem Bi-  
bliothecam ab Soltano Turcico resti-  
tutam accipit, & Cæsareæ infert.

Veneti Caneam Candiamque no-  
vam manu militum selectâ obruunt,  
inde ocyus recessuri. — Turci ergo  
Candiam veterem tormentis verbe-  
rant majoribus impugnantque, cum  
novus exercitus ipseque Vezierius  
Ahmed præsens adesset.

Shah Abbas II. Persiæ Rex contra-  
cta ex nimio vini usu inflammatione  
obiit, successorem nactus filium  
Shah Sefi II. Regem voluptatibus  
magis, quam rebus imperii addi-  
ctum, & solitudini deditum.

Sultan Kouram Changehan ma-  
gnus Indiæ Mogor vita decesit, fi-  
liumque Aureng-Zeb tertio genitum  
successorem habuit, dejectione pa-  
tris & fratricidio notatum, sed Prin-  
cipem regnandi artibus instructum.

*Vid. Tavernier. Lib. II, p. II. c. 1,  
s. 99.*

Turci



Turci duce Bassa Bosniense Dal- *A. C.* *A. H.*  
maticum Venetisque subiectum a-  
grum exinaniniunt, sed retusi acer-  
rimè stragem diversam sustinent.

Bellum Turco - Persicum enatum  
illico senescit. Turci enim duce  
Tockulbego Persas duce Solyman-  
no præliatos in fugam egerant,  
Scyranque urbem ceperant. Persæ  
autem Abucasare ac Bila ducibus  
Turcos ad triginta milliaria profli-  
gant, legatumque pro pace Constan-  
tinopolin mittunt: Hinc novæ ad  
octennium induciæ fiunt.

Sabatai Sevi, Smirnenfis, Messiam  
novum sese mentiens, Judæis Asia-  
ticis Europæisque imposuit, donec  
in carcerem Constantinopoli conje-  
ctus, ad Mohammedismum defice-  
ret.

Societas Orientalis mercatoria *1667*  
Viennæ constituta merces nunc pri-  
mas navibus Danubioque mandat,  
Constantinopolim devehendas, a-  
liasque retro in Austriam.

*1077*

Ahmed Vezierius Turcicus nova  
Candia destructa veterem sævisime  
oppugnat, tormentisque maximis  
concussam cuniculis infestat: Veneti  
tamen urbe defensa eos insultus  
cohibent.

Dal-



A. C.

A. H.

Dalmatia motu terræ agitatur: Ragusa non eo solum sed horrendo simul incendio lacerata concidit.

Legatus Polonicus apud Soltanum Turcicum de Tataris conquestus nihil obtinet: Cosacci enim Vkraynam suamque gentem ditioni Turcicæ submitunt, legatumque captivum detineri volunt, suosque audiri, quos miserant.

Shah Sefi II. ex morbo, quo decubuerat, gravissimo sibi restitutus novam subiit coronationem, novumque Solimanni cognomen sollemniter adsumsit, more Orientalium superstitioso.

1668

1078

Veneta clasfis victoriam adeptam duplicem triremes Turcicas alias cupit, alias inflammat dissipatque. Turci vero admotis ad urbem Candiam operibus machinisque irruptionem sæpius tentant, repulsi toties.

Morlaccenses & Veneti Bassam Castello novo impositum comprehendunt, & redemptioni turcicæ reservant. Cum verò in Dalmatiam hostes non ita incumberent, hinc copiæ nonnullæ in Candiam secesserunt.

Ve-



Veneti auxiliariibus Ducum Brunsvigo - Luneburgensium copiis & harum ductore fortissimo Josia Comite Waldeccensi tuentur Candiam Huic clasfis Gallica novem militum millibus ornata quoque subsidio venit.

A. C.  
1669

A. H.  
1079

Vrbs ergo Candia per triennium vehementissime impugnata captis ab hoste propugnaculis, ubi excursio Gallorum male successerat, deditionem facit ultimam, hac lege, ut reipublicæ tres portus, Suda, Spinalonga, Carabusa cum Insulis Candianis, Cerigo, Tinna & omnibus, quas in Archipelago tenuerat, subessent. Porro Veneti cunctis instrumentis bellicis & præfidiis immunitatem, militibusque abitum paciscebantur. Comes enim Beanfortius Comesque Waldeccensis, utrique auxiliorum duces, dum hosti acriter instabant, gloriosam martem optetierunt.

Taffiletta regni Maroccensis & Fessani domitor, Tunetum, Tripolin, Algeriamque, urbes Turcico Soltano deditas, totumque superiorem Africam infestat.

Janizarii concitato per triduum tumultu rabiose fremunt, & alii So-

V

ma-



A.C.

A.H.

manem Soltani fratrem, alii hujus filium ad gubernacula poscunt. Soltanus enim ex equo præceps crus fregerat, male decumbens; donec integer ac salvus comprimeret tumultum.

1670

1080

Comites Hungarici Pet. Serinus, Nadaftius & Trangipanius defectionem ad Turcos impiam moliuntur: Hanc vero ne facerent, multabantur post annum capite, ac Hungari rebelles Cæsareis coërcebantur copiis.

Turci Candiaë valla, fossas, mœnia & propugnacula reficiunt; Vezierius autem sese Constantinopolin confert, Molino Venetorum legato comite ad pacem exequendam.

1671

1081

Stephanus Razin, perduellis Moscoviticus, patriæ suæ per annum & Tatariaë turbas inferebat, regno Astracanenfi capto, & profligato Czaris exercitu: Comprehensus denique ad supplicium producebatur, elisis cruribus, resecto capite, divisis partibus appensisque.

Comes Tettenbachius, Hungaricæ conjurationis socius amputato perit capite. Turci autem tributa pagis trans Wagum etiam fitis temere

mere



mere injungunt, nec in castellis Hungariæ superioris Germanica ferri præsidia volunt.

Conspiratio Cassaviensium adversus milites præsidarios erumpit, dirimiturque. Mohammed ergo Soltanus Hungaros rebelles suis provinciis exterminari jubet, novas tamen copias in Hungariam traduci.

Soltanus Turcicus missis ad Mich. Wiesnebicky, Regem Poloniæ, litteris Doroffenkum Cosaccosque suo asserit imperio, neque vult amplius bello perturbari. Rex tamen Polonus Vkraynam Cosaccosque cum Tataris fusos in ordinem redegit. Turcus ergo pacta vetera rescindit, sibi que adhuc Vkraynam suo jure vindicat.

Lues contagiosa Constantinopolin, Ægyptum, & Asiam pervasit. Interim factiones & turbæ Turcicæ recrudescunt: Triremes vero Maltesium naves Turcicas aut frangunt aut capiunt. Seditio quoque Arabica longius procedit, Bassasque plures inficit: Ergo Vezerius Aleppam, & inde ducto exercitu petit Arabiam pacandam.

Walida Soltani mater gynæceo

V 2 in-



A. C.

A. H.

inclusa regio ab rebus novis abstra-  
hitur : Par autem fratrum , quos  
cum matre Soltanus habuit suspe-  
ctos , fuga sibi consuluisse , unus ta-  
men eorum occubuisse dicebatur.

1672

1082

Soltanum Turcicum Czar Mosco-  
viæ Alexius Michaëloviz per litte-  
ras monet , ut à Cosaccorum parti-  
bus & bello Polonico recedat , &  
Tataros cohibeat : Ille tamen neque  
verbis neque minis additis move-  
tur , sed Polonicam parat expeditio-  
nem coacto ad 200000. exercitu , &  
Crimæis Tataris adsociatis.

Soltanus Caminiecum, munitissi-  
mum Podoliæ propugnaculum, ne-  
que comineatu neque præfidiis suffi-  
cientibus instructum magno impe-  
tu oppugnat, & denique in deditio-  
nem adigit, cum nulla obsessis au-  
xilia ferrentur.

Sobieskius , ductor Polonicarum  
copiarum bellicosissimus, quindecim  
Tatarorum millia profligat, & captas  
aliquot Christianorum chiliades, li-  
bertati restituit.

Turci oppida Cosaccorum alia di-  
repta opprimunt, alia Vulcano Mar-  
tio consumunt, & Leopolin ad re-  
dimendam pecuniis deflagrationem  
compellunt. Tatarari vero Kalmu-  
cken-



ckenses Moscovitici decursionibus & rapinis Crimæam Tatariam infestant: Chamus ergo illam defensurus abitum parat, seque pacis conciliatorem interponit.

A. C.

A. H.

Pax ergo nova ex armis constituitur, regno Polonico & orbi Christiano damnosissima: Qua Lipkenses Tatarum & Podolia tota Turcis subduntur, Ukrayna sibi absque præsidio Polonico relinquitur, tributum annum Soltano ad 22000. ducatos, & Chamo Tatarico certa pecuniæ summa repræsentatur.

Arabia Ægyptusque novo tumultu; Constantinopolis præter omnium opinionem exorto incendio ardet.

Taffiletæ, Regi Africae potentissimo, per virus mortiferum extincto Muley Ismael fratri sufficitur: Eique per tumultus horribiles necato Gailan succedit ex vetusta Principum stirpe.

Turci Polonique à pactis resiliunt, & ad arma ferocia concurrunt: Mox ad justum prælium, in quo castra direpta sunt Turcica Sobieskii Polonici ducis auspicio, & hostilis exercitus cladem accepit maximam, triginta millibus aut cæsis, aut in Borysthene suffocatis. Postea Po-

1673

1083

V 3

loni



A.C. A.H.

loni duo munita Vkraynæ oppida Chocimum & Zvvanieckum capiunt.

Soltanus filium natu majorem solenni subjicit circumcisioni, diemque huic festum; Fratres autem suos adhuc superstites neci destinat.

1674 1084

Idem ab Jo. Sobieskio Rege renunciato tributum exigit; nihil tamen penditur, bellumque producit. Quare Turci Vkraynam dispoliant, vastantque; Humanem oppidum violenta manu captum exurunt penitus delentque: Moscovitæ autem Chamo Tataro Poloniam ingressuro cladem inferunt.

Rex novus Sobieskius Barense castellum ac magnam Vkraynæ partem recuperat, & proxime ad Chocimum Husainem Bassam prælio superatum fundit, quanquam ipse Soltanus expeditioni huic intererat.

Shah Selim, Rex Persiæ, Turcas lacescit provincias, & Bagdadum obsidione gravissima: Turci copias ex Ægypto & Asia cogunt subveniuri, & obsessores rejiciunt.

1675 1085

Poloni Katzkorem & Pavvloizem, munita Vkraynæ oppida expugnant: Tatari verò hanc irruunt, & agris infe-

infe-



inferunt vastitatem, novaque pacta simulant.

A. C. | A. H.

Turci castra Polonica infestant eventu irrito, Tatarique omnem Podoliam exhauriunt. Rex ergo Poloniae Joannes manus cum Turcis conserit eventu prospero, & strage hostium ad 15000. data: Turci Tatarique in fugam acti à pugna ulteriore abstinent.

Soltani filius alter circumfione Mohammedica initiatus solenne ac festum urbi tempus attulit, pompamque maximam inusitatis cum epulis.

Hungari rebelles superiores Hungariam hujusque arces ac nonnulla oppida excursionibus; Cæsareas quandoque copias velitationibus & iusidiis infestant.

1676

1086

Ibrahim Bassa Chami Tatarici cohortibus instructior bellum restaurat Polonicum, Seytane Bassa, qui gesserat illud antea, defuncto. Rex autem strenue profligat Tataros octo millibus trucidatis; deinde castra premit Turcica, hostemque ad inducias & pacta compellit. Pax ergo ex armis præliisque nova pronascitur.

Turci Tatarique Czechrinum V-

1677

1087

V 4

kray-



A.C.

A.H.

kraynæ oppidum septum exercitu oppugnant: Sed Romadonovvskius, Moscovitarum dux fusos 30000. amplius cædit, & tormentis sexaginta novem majoribus privatur.

Hinc Dorosenkus a Turcis ad Moscovitas iterum defecit.

Mustafa Bassa Adrianopoli præfectus Vezierio succedit mortuo gener, summamque rerum feliciter administrat.

Legatus Polonicus Constantino-  
polin migrat pacis firmandæ gratia:  
Sed detinetur ibidem donec Poloni  
Turcis oppida Ukraynæ quatuor pro-  
vinciis conditionibus concesserant.

## CAP. IIX.

1678

1088

**T**urci vastitatem agro Vespri-  
mensi & Papensi, frumentisque  
ignes inferunt. Conjurati autem  
Hungari castella Hungariæ superio-  
ris alia expugnant, alia tentant te-  
mere, propulsanturque.

Tatari Turcique Czechrinum ex-  
ercitu ad 200000. aucto aliquandiu  
presserunt: Moscovitæ magna cum  
hostium clade obsidionem solverunt  
denuo. Sed hostes reversi postea  
instabant acrius, & urbem arcem-  
que



que munitissimam vi captam diruebant, secundo tandem praelio superati.

Moscoviticus legatus ab Sultano Turcico non satis bene exceptus, inauditusque dimittitur; eo quod Vezerium in sua causa convenire noluerat, sed ipsum Dominum.

Rebelles Hungari numis Gallo-<sup>1679</sup> <sup>1089</sup>rum & auxiliis foventur; quin ad Turcos defectionem parant, simulata reconciliatione, ac induciis factis.

Soltanus Turcicus Ragusinam Rempubl. novis tributis minisque percellebat bellicis: Ergo Veneti Corcyram Insulam denuo munitam sibi classe firmant.

Bellum Turco - Moscoviticum adhuc fervet; dum Turci Kiosiam urbem totamque Vkraynam suæ ditioni subjiciendam flagitant, & Moscovitæ acriter tuentur.

Soltanus Turcicus servam Judæi alicujus Rusficam forte conspectam sibi sumsit, & compressu gravidam fecit, & uxorem gynæceo intulit: Filius autem Soltani natu major cum pellice una paterna rem habuit, patrisque odium incurrit. Filia porro ejusdem patris parvula



A.C.

A.H.

magno Vezierio nuptum data fuit, ac hujus educationi dexteræ permiffa.

Tatari fuis decurfionibus Vkraynam exhauriunt, sæpe repulfi; Turci cœptam expeditionem feignius perfeqvuntur. Moscovitæ vero Cosaccique urbes ponto Euxino proximas infeltant, Turcisque damna inferunt.

Turci Vkraynam Zaporowienfem duobus conditis munimentis fibi vendicant, & Moscovitas fpecie pacis objecta deliniunt. Tatari autem Precopenfes a Cosaccis Moscovitis male contunduntur fufi.

1680

1090

Hungari feditiofi duce Tekelio pacifcuntur quidem inducias, neque diu fervant ob auxilia, quorum fpecem certiffimam Soltanus per literas feciffe dicebatur.

Tatari Crimæi per Ukraynam Moscoviticam vaftatione, direptionibus & quindecim captivorum milibus graffantur: Moscovitæ vim ab feffe tantam prohibent.

Turci bello Moscovitico diftenti feffe in duo munimenta nuper ad Boryfthenem ftructa conferunt, a geminato exercito rurfus paratiffimi.

Sol-



Soltanus Turcicus Ducam Walachia Principem Hospodarem Podoliae facit, & litem de terminis constituendis regno Polonico novam creat, multasque colonias ex Walachia in Podoliam immittit. A.C. A.H.

Hungari male contenti Turcorum auxilio ferocientes Hungariam superiorem & Silesiam huic finitimam flammis atque deprædationibus infestant:

Sed in reditu pœnas Cæsareis persolvunt meritas. Idem postea manu Turcorum Tatarorumque auxiliaria instructi copias laceſſunt Cæsareas, & oppida duce Tekelio expugnant.

Turci denique ac Poloni de terminis Podoliae Turcicae figendis conveniunt, non sine animorum motu & majoris discordiae metu, cum ad verba acerbissima & vibrandos gladios iretur.

Interea Turci & Moscovitæ ad Borysthenem castra metati sæpe velitationibus, tandemque justo congregiuntur prælio; Turci autem fuga dissipati ad 30000. occubuerunt.

Hungari seditiosi ad pactas iterum inducias conquiescunt: Turci vero



A.C.

A.H.

vero novis hinc inde copiis contractis ad Wagum amnem volitant, & Neuhäuselio excurrunt.

1681

1091

Candia urbs horribili terræ motu lacerata turbas populo injecit, ut Ali Bassam præsidem in frustra concisum tolleret, ob immane facinus, quo servos quinque Christianos excoriari vivos jusserat: Dum enim illi carnificinam subierant, sævo turbine ac mugitu terra universa contremuit.

Tekelius tanquam novus partium Hungariæ Princeps conventum tenuit Cassoviensem, inque illo de Turcicis gavisus auxiliis legatos ad Cæsarem Romanum Sultanumque mittendos pro pace statuit.

Mox Comitia ad pacem cum factiosis Hungaris componendam Sempronii habentur. Interim res tota ad bellum Turcico - Hungaricum spectabat, Turcique castello Serins Waro ad Canisiam condito inhæbant.

Bellum Turco - Moscoviticum opprimitur, nova pace in conditiones certas annosque viginti denuo constituta, & partibus Ukraynæ Czari, quas possederat, relictis.

Classis Gallica septem naves Tripoli-

poli-



politianorum piraticas aggressa in portu Chio tres opprimit, reliquasque detinet, donec Turci admodum indignati sese interponerent, pace facta: Classis autem Turcica mari tuendo posthac immittitur.

Legatus Turcicus Viennæ de Hungarorum incursionibus conquereus, sua offert munera, pacemque continuandam: Pax tamen hæc in-tuta belli suspicionem majorem peperit. Nam Soltanus Turcicus Apasio Transylvaniae Principi rebelles commendavit Hungaros, tanquam in fidem suamque patrocini-um receptos.

Aurang Zeb magnus Indiae Mo-gur Rajam Ranan Principem sibi subiectum & seditiosum domuit, novisque turbarum auctoribus Sia-wago filiaque Akbaro suas opponit copias Marte secundo.

1682

1093

Legatus Regis Gallici Guillera-gues Vezierium conventurus, nec eo, quo decuit, modo exceptus abit domum, ibique Turcicis detinetur excubiis: Quesneus autem classi Gallicæ præfectus ex Archipelago Dardanellos petit, duoque castella verberat tormentis, quin aditu Con-stantinopolin naves prohibet per-mul-



A.C.

A.H.

multas. Sic furor Turcicus defer-  
buit, & sua legato rursus libertas  
obtiguit.

Babassan dux Algierenfium copia-  
rum turmas Æthiopicas Maroccen-  
fium adortus stragem edidit infi-  
gnem, retulitque spolia: Æthiopes  
ergo ab Orane, urbe munitissima  
regressi, obsidionem iterum solve-  
runt.

Sultanus Turcicus conjuratis  
Hungaris fidem opemque suam ad-  
dixit perpetuam: Unde civilis per  
Hungariam superiorem discordia  
magis procedit.

Mulei Ismael, Rex Maroccenfi-  
um, misso legato pacta cum Chri-  
stianis Gallia Angliæque Regibus  
ferit, Algierenfi regno Turcorum  
socio arma illaturus durissima. Qua-  
re dum metuunt sibi Algierenfes,  
cum Anglico Archithalasso pacem  
inopinatam constituunt.

Legatus Moscoviticus cum Sul-  
tano Turcico pacis negotium bene  
absolvit. Interea domi Czar Mo-  
scovia Fedor Alexivviz vitam finit  
imperiumque, novis de successione  
turbis implicandum. Duo enim  
Czares iidemque fratres Ivan & Pe-  
ter

ter



ter Alexivviz gubernacula summa  
capessunt.

A. C. A. H.

Comes Tekelius novis nuptiis,  
quibus viduam Ragozianam sibi  
junxerat, copiisque Turcicis auctus  
superiorem Hungariam, in eaque  
cohortem Cæsaream adortus, Comi-  
tes Herbersteinium, Paradisium, e-  
quitesque ac pedites captos Mon-  
gazschio castello infert.

Legatus Cæsareus Comes Alb.  
Caprara Constantinopoli more, quo  
par fuerat, solenni ad aulam Turki-  
cam admissus sua exposuit manda-  
ta, sed difficillimas pacis condi-  
tiones Sultanus statuit (1) de rebellibus  
Hungaris in integrum restituendis.  
(2) Leopoldopoli, novo propugna-  
culo, diruendo, (3) finibus Turcici  
dominatus ad Trenzschinium &  
Transylvaniam usque producendis.  
(4) 600000. florenis numerandis:  
Quæ leges irritam legationem fa-  
ciunt.

Tekelius Comes ab exercitu re-  
bellium Hungarorum, Transylva-  
norum Turcorumque ad 60000. co-  
acto paratissimus, Onothum atque  
Potokium propugnacula, Cassoviam  
& Eperisium urbes, Tokagense iti-  
dem & Sanctandreamum castella,  
nec



A. C.

A. H.

nec non Villekum, Levvenzam & montana oppida ad deditionem subigit, per Hungariam superiorem ubique armis copiisque superior.

Clasfis Gallica duce Quesneo Algeriam machinis tormentariis globisque igneis vexatam aliquandiu premit, magnumque civitati terrorem incutit.

Vezerius Budensis prope Villekum Comitia Hungaricis Ordinibus castrensia indicit, jussuque Turcici Sultani Tekelium iis Principem obtrudit aut præficit.

Constantinopoli pestis in homines grassabatur adeo, ut vix Libitina sufficeret. Legatus tamen Mogoris Indici eo concessit, ad arma Soltanum contra Persas bello Indico distentos excitans: Turci vero illam abnuunt expeditionem, Hungaricam profecuturi.

Petrozius manu 4000. Hungarorum rebellium coacta fines Silesiæ ac oppidum Bolizam deprædationibus infestat; Wagnizam Palfio Comiti subjectum oppidum exurit. Copiæ autem Cæsareæ prædonibus cladem inferunt cruentam, & vexilla octo eripiunt.

Tekelius Comes ex metallicis Hun-

Hun-



Hungariæ fodinis numismata signari jubet, quorum parte una *Emericus Comes Tekeli Dux Hungarorum*; altera hæc inscriptio continebatur: *Pro Deo & Patria*. Induciis autem ad menses aliquot pactis montana Cæsari relinquit oppida, sibi que redditus 600. imperialium in singulas hebdomadas paciscitur.

Bassa Neuhauseliensis manu militum collectitia Schüttensem Insulam novamque hujus munitionem aggressus retunditur, nec paucis suorum occumbentibus: Instat tamen amplius, & solo hanc æque frustra flagitat.

## CAP. IX.

Constantinopoli Senatus habetur 1683  
 bellicus, in quo Consilia de bello pariter ac pace capiuntur. Mussi pacem cum pluribus Bassis, Kara Mustapha autem Vezierius bellum præfert Hungaricum, idque Soltanus comprobat. Interim legato Cæsareo neque potestas abeundi, neque confidendi negotii facultas datur.

1094

Omina passim & portenta aerea Turcis pariter atque Christianis belli acerrimi significationem faciunt,

X

dum



A. C.

A. H.

dum utrique in apparatu bellico versantur.

Turci Neuhauselienses agmina trans congelatum Danubium trajeturi soluta glacie perdunt quadraginta cum equis equites submersos: Mox alteram parant excursionem, flammis, præda, captaque Christianorum multitudine funestam: Deinde tertiam sibi direptoribus cruentam. Cæsarea enim præsidia hostes ab munimento Schüttensis Insulæ petito rejiciunt, Hatsche Bassa centumque amplius trucidatis, quadraginta militibus, interque hos ipso Neuhäuseliensis Bassæ filio comprehensis, & spoliis reportatis.

Cæsar Romanus Regem Poloniæ Johannem III. sancto sibi ad defensionem & offensionem contra Turcos fœdere obstringit, donec cœptum exardesceret bellum: Idemque pactis arctioribus Electorem Bavaricum adjungit.

Triremes Maltenses cum tribus Tripolitanis navium piraticarum firmis congressæ difficilem reportant victoriam, naves ipsas, spolia & captivos. Turci quoque prædatores in Dalmatia Morlaccensibus

bus



bus pœnam dederunt & Spolia, centum amplius concisi.

A.C. A.H.

Tekelius castrum Donavvizam Poloniæ terminis vicinum facto expugnat impetu, & copiis Transylvanis Tatarisque usus vicum Hungaricum Oslaviam depopulatur.

Legatus Cæsareus a cursore admonitus, migrandi veniam poscit, eamque Vezierius recusat, quam jura gentium abituro tribuunt. Turci Neuhauselienses Neutram obruunt, captivis undique coactis; Hungari vero fusos prædones agitant multisque Ducibus comitantibus missimum e Germanis Hungarisque contractum exercitum lustrat, & in castra Danubio vicina subduci habito delectu imperat. Sultanus quoque non procul ab Alba Græca recensum numerosissimi ad 300000. exercitus præsens facit.

Michael Apafius, Princeps Transylvanus, arma suscepta Turcis adfociat, causasque hujus rei scripto explicat factioso. Turcicus quoque Soltanus literis minacissimis indicationem bellicam Romano Cæsari significasse dicebatur; Tekelius autem suspectum pro pace arbitrum



*A.C.* *A.H.* sese interponit, nec suas cum Turcicis conjungit copias.

Carolus Dux Lotharingiæ militari functurus imperio castra movit, ad Strigonium usque: Hinc regressus Turcico exercitu adventante Neuhäufelium oppugnavit, & opinione citius reliquit ad castra Rabam propius locanda.

Turcicus exercitus e regione Cæsareo sua castra opponit, ad crebras velitationes concitus: Fœda vero Tatarorum colluvies flammis, spoliis, cæde Hungariam, Austriam, Slaviam infestat.

Cæsareæ postremo copiæ in pugna toties versatæ, nec Turcorum numerosissimis pares Viennam sese recipiunt, multum comminutæ. Vezierius cito insecutus urbem, e qua Cæsar discesserat, obsidione cingi, & flammis ubique omnia misceri jubet. Castella enim terminis objecta Dotifium, Papa, Martini mons, Vesprium & Scharvvarium ultro deditionem Turcicam subierunt.

Dux Lotharingicus ex Insula Leopoldina equestres turmas trans Danubium traducit: Pedestres autem urbi tuendæ pro certo præsidio imponit, & irruentibus in suos Tataris

taris



taris pontem interclusum dejecit, *A. C.* *A. H.*  
 clade illata.

Turci obsessores cuniculos agunt, crates terra opplent, urbem fossis, aggeribus, tormentorum copia & apparatu maximo septem vehementissime oppugnant: Interim obsesi suis excursionibus hostes modo disjiciunt, modo repellunt, aut reprimunt.

Polonicae turmae ductu Lubomierskii Poloniensia irrumpunt suburbia, & Tekelianas copias in fugam vertunt. Tataři vero decursionibus & igne per omnem Stiriam grassantur.

Comes interea Starenbergius furiosos, quos Turci faciebant, impetus retundit, & Koltschickium Polonum, societatis quondam orientalis mercatoriae interpretem per castra media dimittit, ut de Duce Lotharingo subventuro & auxiliis edoctus animos suorum ad spem certam erigat: Redux ille nuncius de obsidione solvenda, & socio Germanorum Polonorumque exercitu quid novi exposuit: Idem alii ad castra quotquot clam prodierant, excussores referunt.

Bassa Varadiniensis jussu Vezierii

X 3

tur-



A. C.

A. H. turmis ad 15000. ponte Strigoniensi trans Danubium deductis copias adortus Cæsareas cladem accipit insignem, sex millibus suorum cadentibus, multisque spoliis, captivis & vexillis sedecim ereptis: Ipse vix navicula salvus trans fluvium evasit.

Dum à Turcis Vienna undique urgetur, & cunctis machinis multisque cuniculis ad murum admotis sæpissimè tentatur irruptio, auxilia citius quam obsessores crediderant, ductu Regis Polonica, Germanica Electoribus Saxoniae Bavariaeque ac Duce Lotharingo Carolo praesentibus adsunt. Electorales Saxo- num copiae primam faciunt impressionem, & sociae subsecutæ Turcos in fugam subito coniectos castris exuunt.

Obsessi autem facta eruptione victoriam cum liberatoribus suis communicant, hostemque fugitivum agitant.

Christiani postea exercitus castris potiti Turcicis tentoria, tormenta aenea, machinas fulminales, instrumenta bellica & impedimenta cum apparatu tormentario & uberrimo com-

com-



commeatu diripiunt, & spoliis onusti ad hostem insequendum abeunt.

Cæsar Augustissimus, novea laurea gavilus, Viennam sibi redditam petit, Deoque solennibus inter sacra gratiis persolutis, rebusque constitutis Comiti Starenbergio pro fide, quam præstiterat urbi, præmia largitur amplissima. Hinc memorabile numisma prodiit, cujus una facies pro emblemate aquilam bicipitem globo terreo insistentem, radiis e cælo desuper promicantibus, cum lemmate: *Colligit auxilii radios*; Lunamque dimidiam sub turribus subituram continet, cum lemmate: *Victamque redegit in umbras*. Altera vero Latinam completitur inscriptionem hoc sensu: *A. 1683. d. 14. Jul. Vienna Austria à Turcis obsessa, sed Protectore Altissimo, Leopoldi I. Imp. industria & consilio, Regis Poloniae Joannis III. præsentia & valido auxilio, in persona succurrentibus Electoribus Bavariae Saxoniaeque & Imperii subsidiis, duce Lotharingo Cæsar. Locum tenente Generaliss. Comite Capliers Deputat. præsidente Generosiss. Comite Starenbergio Commend. Viennensium denique Universitatis, Senatus Officiali-*

X 4 nm,



A. C.

A. H.

*um, Civium ac Incolarum concordi obsequio ab obsidione profligato hoste eodem anno d. 12. Sept. liberata. Videatur Vienna à Turcis obsessa, à Christianis liberata, sive Diarium obsidionis Viennensis auctore Petro a Valckeren S. R. Imp. Equite Bruxellis A. 1684.*

Cæsareus, Polonicus & Bavarius exercitus Regis Ducisque Lotharingi auspicio sectati hostes in pugnam prodeunt secundam, Turcisque fufis ad internecionem, 6000. Basisque duobus occumbentibus, Passam Silistriensem & Aleppensem captos, prædamque cum palma pulcherrimam reportant: Inde capto Barkano stragem horridam ignes & vastitatem inferunt. Porro Strigonium obsessum, maximoque tentatum impetu ad deditioem redigunt, pacta præsidio immunitate, rebusque tormentariis & munitioni necessariis sibi reservatis.

Kara Mustapha Vezierius magnus Bassas Budensem & alios, fugæ Viennensis auctores vel comites mulctari capite jubet, Belgradumque seu Albam Græcam repetit, Soltano Adrianopolin digresso.

Idem cædes tot hominum cladem-



demque Turcicam singulari expiat supplicio. - Soltanus enim Agæ Janizariorum misso id negotii dedit, ut sigillum Viro tolleret, faucesque laqueo per Eunuchos Æthiopes elidi serico curaret. Caput ipsi postea resectum, & Adrianopolin deportatum, cutis gossypio confarta, & mœnibus Belgradensibus infixata publice fuit. Vid. historia hujus Gallice scripta editaque Parisiis A. 1684. post versa Germanice, Hamburgique recusa A. 1685. in Duodecimo.

Cæsar Rom. conjuratis Hungaricis incolis amnestiam, veniamque clementissimam & restitutionem publico denunciavit diplomate, sed obstinatis iram pœnasque acerbissimas. Nam Elector Saxoniae Joh. Georg. III. precatorem sese pro Hungaris August. Confessioni addictis per litteras paullo antea præbuerat.

Itaque Baro Baragozky Comesque Sigism. Humany à conjuratione ad partes Cæsaris recedunt, magnamque militum catervam secum abstrahunt. Tekelius quidem castellum Ungvvariense, quod infederant defecturi, obsessione cingit:

X 5 Co.

1095



A. C.

A. H.

Copiae tamen Cæsareæ obsessos vindicant, tuenturque suis obsessoribus.

Respubl. Veneta cum Pontifice ac Cæsare Rom. & Rege Polonico foedus pacta bellum init Turcicum, & suas excursions in Dalmatia Morlaccensibus permittit, Comite Rodezo Duce illis præposito. Turci equidem pacis A. 1669. factæ confirmationem scripto expressam, Agamque hujus latorem paullo antea miserunt: Veneti tamen illam repudiarunt ob moras in hoc negotio per diu tractas, bellumque ab suo Secretario Capello Turcis indici solenniter voluerunt.

Cæsar Rom. conventu Posonien- si habito Magnates Hungaros Ordinesque, Comites nempe Zaborem, Erdoddium, Budianos, Nadastium, Drascovvizum, Serschium, Balassam, Collonizschium, Illieshufium, Barones itidem urbesque montanas & regias novo sibi jurejurando aut homagio adstrinxit: Tekelius autem suos sibi socios Eperisii devinxit, & Comitatum Cepusiensem armis de- nuo subjecit.

Cosacci Polonici & Moldavi du- ce Kunizkio in Bialogradensem Ta-  
tari-



tariam sese effundunt, & oppido Ni-  
merovio arcibusque munitioribus ca-  
ptis Turcicas, quæ obviam iverunt,  
copias profligant, præda & magna ca-  
ptivorum multitudine gaudentes.

A. C. A. H.

Turci commeatum & stipendia  
Caminiæ illaturi paratas contra-  
hant turmas: Poloni autem Cosacci-  
que Lubazevskio Castellano Mo-  
hilaque ducibus illas disjiciunt ur-  
gentque, annona Turcica & manubi-  
is augendi plurimis.

Morlaccenses Dalmatæ suis de-  
prædationibus terras infestant Tur-  
cicas, & harum incolas, Græcæ  
maxime, ad defectionem suam  
igna sollicitant. Cephalonienses  
Leucadem adorti navibus, 200.  
mancipia hinc deportant.

Kara Ibrahim Bassa simulac sci-  
pionem sui ministerii Symbolon ab  
Soltano Turcico solenniter accepit,  
statim veluti magnus Vezierius ap-  
parationem vehementer bellicam ur-  
get, sed Agam Janizariorum ceu Se-  
raskierum Bassam bello præficit ge-  
rendo, Tekelioque literis gratiosis  
& promissis largiter auxiliis animum  
addit constantem.

Filiolus strangulati Vezierii ad au-  
lam & satellitium admittitur; Drago-  
mannus



A. C.

A. H.

mannus autem sive Interpres in carcerem compactus grandi pecuniæ summa luit, Efendius sive Secretarius fœdo plectitur suspendio.

Exercitus Cæsareus Lotharingo duce Vicegradum oppidum facto capit impetu; arcem vero munitissimam Plindeburgum ignibus tormentisque pressam deditione subi-  
git.

Idem trajecto Danubio Waizam tendit, ibique cum Turcicis ad 20000. in aciem productis copiis concurrens superat illas fugatque, 100. hostium cum Bassa Budensi & quoddecim Agis cadentibus: Postea urbem violenta occupat manu, Turcosque captos quotquot in præsi-  
diis fuerunt, suo reservat arbitrio.

Carolus Lotharingiæ dux victo-  
rem sese acerrimum probaturus in-  
stat hosti fugienti, & conciso agmi-  
ne Pœsthum occupat, flammisque  
quas Turci subjecerant evasuri, ur-  
bem eripit: Postea Danubium tra-  
jecit, præliumque secundum edidit,  
Turcis cedentibus, & sua transmon-  
tana castra subeuntibus. Mox Bu-  
dam ipse cingit, Turcosque subven-  
tuos bellicis instrumentis, castris &  
prætorio vexillo exiit: Strages Tur-  
corum



corum 4000. data tum temporis,  
& præda vincentibus copiosissima  
divisa fuit, ipsis adeo militibus.

A. C.

A. H.

Comes Leslaus copiis ad 12000.  
Germanorum Croatorum coactis  
Verovizam obruit, & Turcos auxi-  
liatores dissipat, signis bellicis duo-  
decim pluribusque manubiis ablatis:  
Castellum illud munitissimum post-  
hac in deditionem subitam con-  
cessit.

Rex Persiæ Shah Soliman lega-  
tum misit Regi Polonico de victoria  
Turcica gratulaturus: Pontifex au-  
tem Romanus Nuncium Aposto-  
licum, proque regio dono pileum  
Regi castrensem, Reginae auream  
rosam.

Interim Poloni Turcos e Cami-  
nieco excursionem periculosissimam  
facientes aut rejiciunt aut truci-  
dant. Ipse Rex Jaslowiecum ca-  
stellum Podoliæ munitissimum tor-  
mentis & machinis fulminalibus  
concussum occupat: Postea domum  
reversus copias fami & stragi acer-  
bæ subjicit, castris sæpius commo-  
tis.

Comes Leslaus Seraskierum Bas-  
sam hujusque copias ad dimicatio-  
nem elicit, dissipandas denique  
quin-



A. C. A. H.

quingentis Turcis occumbentibus. Dux bellicus autem Schulzius Zebennium Hungariæ Superioris oppidum vi capit; castra Tekeliana non procul Eperisio constituta occupat, hostesque in fugam vertit, machinis, tormentis, curribus, com-  
 meatu, tentoriis, grammateo hosti-  
 co, & vexillis tredecim potitus: Hu-  
 jus dimicationis omen prosperum  
 tres aquilæ turmis supervolitantes  
 Cæsareis dedisse dicuntur.

Interim Lotharingus dux & stre-  
 quissimus Budæ obsessor captis sub-  
 urbanis partem urbis Danubio vici-  
 nam opprimit delectque incendio:  
 Hinc partem reliquam tormentis  
 concutit, sternitque media, tentat-  
 que sæpius strata. Porro copias E-  
 lectore inclyto duce Bavaricas con-  
 secutus, auxilia Seraskieri Bassæ  
 Turcica represit, Janizaris tamen  
 mille inter pugnandum irrumpenti-  
 bus. Cum vero novis Hungarici  
 Bassæ auxiliis urbem instruerent, i-  
 pseque dux Lotharingus feбри de-  
 cumberet, obsessio in menses qua-  
 tuor continuata relinquitur, ducen-  
 tis ducibus præfectisque bellicis,  
 nec non 24000. militibus obtrunca-  
 tis,



tis, & 18000. equis perditis damno- *A. C.* *A. H.*  
 fa pariter ac tragica.

Veneta clasfis triremibus Pontifi-  
 ciis, Florentinis itemque Malteni-  
 bus aucta, & imperio Morosini usa,  
 Leucaden Insulam Epiro Græciæque  
 proximam, cui ab urbe munitissima  
 S. Mauræ nomen est, per dies tre-  
 decim vehementissime oppugna-  
 tam deditione capit, & omne, quic-  
 quid rei tormentariæ, frumentariæ,  
 bellicæque tota habuit. Hæc insu-  
 la duodecim milliaria & pagos tri-  
 ginta suo complectens ambitu, cen-  
 tum tredecimque abhinc annis si-  
 ditionem Mohammedis II. Turco-  
 rumque venerat, erepta Venetæ Rei-  
 publ. nunc iterum recuperata.

Triremis una Veneta commea-  
 tum clasfi supportatura navim pira-  
 ticam Dulcignensem superat, Tur-  
 cosque cum illa pro servis remigi-  
 bus abducit.

Veneta clasfis Moream primo,  
 Prevesam postea urbem firmissimam  
 milite invadit exposito, Turcicas-  
 que, quotquot sub signis objecerant  
 sese, profligat copias, urbe in dedi-  
 tionem post octiduum recepta.

Veneti autem castra Dalmatica  
 secuti Narenzam, Turcicum castel-  
 lum,



A.C.

A.H.

lum, Symumque arcem munitissimam expugnarunt: Morlaccenses cum quatuor Græcorum millibus conjuncti duce Metazzo Cetimum castellum firmissimum captum solo æquarunt.

Schulzius selecta militum quibus imperabat, manu Bartfeldium, Hungariæ superioris oppidum, opprescit, vicinamque huic arcem Makovvizam saxo impositam deditione cepit.

Turci Waizam præsidio non ita bene firmatam capiunt: Sed anno-  
m. per omnem Hungariam adeo ingravescebat, ut homines macerati fame in ipsa cadavera involarent.

## CAP. X.

1685

1096

Schulzius turmas iterum Tekelias adortus subito infugam vertit, ipsiusque Tekelii grammateum una cum vexillis, vehiculis, spoliisque pluribus aufert: Eisdem Marchio d' Oria turmas cæsis 400. comminuit, vexilla quatuor reportans.

Mohila Cofaccorum dux Tataros Cofaccosque rebelles clade multavit, oppida Vkraynæ restituit

Po-



Polonis, signa, impedimenta hostium & vehicula nactus. Tatari vero copias Polonorum in hyberna dispositas paullo post obruerunt, & quasdam nimium securas internectione deleverunt barbara: Porro Niemeroviam oppidum arcemque obsidio claudunt; sed Mohila eandem liberat, hostesque fundit.

Copiæ Cæsareæ Heuslero ductore Turcicas commeatum Neuhäuselio illaturas dissipant aut cædunt, Wai-zam incendio delent, prædaque insigni auctæ redeunt.

Veneti & Morlaccenses Singium Dalmatiæ munimentum obsidione premunt, sed ab illa desistunt iterum, hostique subvenienti cedunt, multis suorum Turcorumque cadentibus. Mainotæ itidem in Morea Turcis modo cladem inferunt, modo illatam sibi sustinent.

Bassa Bosniensis Morlaccos primo blanditiis tentat, postea exercitu armisque terret: Valierus autem Venetus Imperator erigit percussos, auxiliisque firmat amplissimis.

Exercitus Cæsareus Germanicis quorundam Imperii Circulorum, Bavariis præsertim & Saxonibus Sere-niss. Ducum Brunsvigo-Luneburgen-

Y

gen-



A.C.

A.H.

gensium copiis paratior, Neuhäuseli-  
um obsessum aggeribus, cuniculis,  
tormentisque premit maximis. Tur-  
ci vero Vicegradum oppidum facto  
expugnarunt impetu, & Christianis  
omnibus trucidatis diripuerunt, mox  
Budam abituri.

Classis Veneta Franc. Morosini  
auspicio ad Moream sive Pelopon-  
nesum Græciæ peninsulam prove-  
cta, portuque potita, copias expo-  
nit, iisque Coronen, urbem muni-  
tissimam, cingit, cunctisque oppu-  
gnatam viribus capit, facta hostium  
interneccione: Dum vero per dies  
quadraginta quatuor obsessio dura-  
bat, Turcicas duce Kalilo Bassa sub-  
venturas copias profligat, & signa,  
tormenta, spoliaque aufert secum  
copiosissima.

Turci duce Seraskiero, Saidan  
Ibrahim Bassa, Strigonium circum-  
sident, insultuque premunt maxi-  
mo. Quare robur Cæsarei exerci-  
tus auxilio venit, collectis 35000.  
Germanicis, & 6000. Hungaricis  
militibus: Copiæ tamen reliquæ  
sub imperio Capraræ Comitis ob-  
sessum Neuhäuseli-um claudunt, mu-  
rosque ac vallum subruunt.

Schulzius Eperisum machinis  
ful-



fulminatricibus urget, suasque Te-  
kelianis deficientibus copias adau-  
get: Diu obsessi extrema quæque  
sustinent, donec ac deditioem subi-  
guntur.

Turci Vicegradum, arcem muni-  
tissimam, supposito pulvere pyrio  
dilacerant evertuntque. Mox à  
cœpta Strigonii obsidione recedunt,  
aciemque instruunt: Sed terga ver-  
tunt subito, quum ad pugnam pro-  
cesserant, exutique castris Budam  
aufugiunt. Victores tentoria, tor-  
menta, vexilla quadraginta, com-  
meatum, spoliaque accipiunt multæ.  
Victi autem Novigradum fulmineo  
correptum incendio, Vicegradum,  
& Waizam victoribus relinquunt  
vacua.

Interea obsessores instant acerrime,  
ac Neuhäufelium post menstrua-  
m, quam sustinuit, oppugnationem  
violenta manucapiunt, concremant;  
Turcorumque internecionem, paucis-  
simis servatis, efficiunt.

Rem isthanc argenteum numisma  
profitetur e Cimeliaricheo Wolffen-  
büttelano mihi benevole communi-  
catum. Hujus una parte Neuhäu-  
selium repræsentatur, situ suo ac mu-  
nitione geometrica descriptum, dua-



A.C.

A.H.

bus coronis laureis radiisque promi-  
cantibus insigne, ac versu ad mar-  
ginem adjecto: *Ausa luis proprioque  
solum diademate pulsas*: Altera ist-  
hæc Latina inscriptio: *Vyvarinum  
d. XXVI. Sept. A. M DC LXIII.  
à Turcis capta, sed succenturiante  
semper Augustissimi Leopoldi indu-  
strioso consilio, divina providentia,  
profligato pridie ad Strigonioneses  
campos suppetias allaturo barbaro,  
glorioso assultu d. XIX. Aug. ita re-  
cepta, Vt MoX frVstra reLVGians  
bV Da seqVare.*

Comes Leslæus Michalovviz,  
Turcicum Croatiae propugnaculum  
cepit; Essekum oppidum expugna-  
tum, pontemque maximum huic vi-  
cinum in cineres parte aliqua rede-  
git, Turcicis, quæ confluerunt, tur-  
mis omnibus dissipatis.

Comes Erdödy, Croatiae Banus,  
coactis equitum peditumq; ad 6000.  
copiis Dubizam, Bosniae vicinam  
urbem, depraedatione ac incendio  
exhaurit, Turcos auxilia laturos su-  
perat, secumque prædam maximam,  
& septem hostium vexilla aufert.  
Posthac Croatiae iteratis excursioni-  
bus Bosnia, Morlaccenses Dalmati-  
am intestant.

Sir-



Sirmay rebellium Hungarorum *A. C.* *A. H.*  
 primicerius ad Cæsarem defecit :  
 Ipse Tekelius Comes defectionem  
 parans, Secretario suo Petnehaso id  
 negotium dedit, ut cum Cæsare  
 transigeretur : Sed neque conven-  
 tioni nec gratiæ locus fuit ob duris-  
 simas Tekelii conditiones.

Comes Herbersteinus, Carlsta-  
 dio profectus, Liecam, Comitatum  
 Turcicum, rapinis & incendio ve-  
 xat, arcesque sex facto impetu ever-  
 tit, Turcis ubique occumbentibus,  
 aut captis.

Pars exercitus Cæsarei sele-  
 ctu Capraræ Hungariam superiorem  
 obruit, urbes rebellium & arces,  
 quotquot erant, domitura. Tokay-  
 um igitur, Onothum, Seretha &  
 Woldockina, nec non arces Sonna,  
 Homaina, Falloza, Doronium &  
 Spadisa cum plerisque præsidiis in  
 deditionem veniunt.

Interim Seraskier, Ibrahimus Bas-  
 sa Duci Lotharingico pacis negoti-  
 um per litteras commendat, Ahme-  
 demque Agam mittit nuncium, qui  
 plura commemoret pacata : Sed ni-  
 hil ad rem fuit responsum, & tota  
 hæc causa à Cæsare augusto ad socios  
 rejecta.

Y 3 Vene-



A.C.

A.H.

Veneta clasfis Farnatam, Moreæ propugnaculum, strategemate, Calamatam, urbem amplissimam, deditione capit, copiasque Turcicas auxiliaturas in fugam conjicit: Porro Bassavam & Chielafam, castella, itemque propugnaculum de Porto vitolo, ac Mainam provinciam subegit. Gomenizam vero propugnaculum sibi à Turcis profugis relictum solo penitus æquavit.

Exercitus Polonicus in Moldaviam irrupit, & post velitationes plurimas cum Seraskiero in aciem pressus, profligavit Turcicum, mille hostibus truncatis, cum Tata-ri ab Lithuanis paullo antea cladem accepissent non exiguam: Cosacci vero Gauslickum Podoliæ oppidum expugnarunt, & Sulnickien rebellium ducem captum Regi tradiderunt.

Comes Caprara Cassoviam, superioris Hungariæ urbem exercitu septam, machinisque tormentariis concussam eo adegit, ut sese Cæsaris potestati permitteret. Tum vero Tekelius Comes à Bassa Waradinienti, cujus opem flagitaverat, detentus, terrorem factiosis maximum injecit, ut Petrozius ab illo defici-

fici-



ficiens cohortes integras secum traheret. Zolnockum denique à Turcis desertum, Ungvvaria, Potnackum, Redesium, Sarvvarium una cum propugnaculo Saravvoensi deditionem fecerunt: Hattvvanum vero urbs ampla direpta incendio consumitur.

Exercitus Cæsareus hyberna petiturus, Debrezino subdito 6000, Transylvaniae 8000, & superiori reliquæ Hungariae 25000. militum imponit, quibus de victu stipendioque prospiciatur. Vxor tamen Tekelii neque ad partes Cæsaris, neque dedendum Mongazschium traduci verbis, aut adigi minis potuit.

Comes igitur Caprara Mongazschium obsessum cuniculis, tormentisque bellicis tentavit: Cum vero præsidiarii vires opponerent omnes, Turcique finitimi auxilia conquirerent inferenda, hinc discedere obsessores maluerunt, quam copias majori periculo exponere suas. Arathum vero urbs mercatoribus frequens copiis Cæsareanis cesit, subventurique huic Turci ad millia succumbunt, opesque multas, vexilla duodecim & bellica tormenta perdunt: Neque multo post Sege-



thani suburbia strategemate opprimuntur, ibi Turcis etiam pulsatis.

Saidan, postea Melaig dictus, Ibrahim Bassa, Seraskier ob res in bello Hungarico malegestas honoribus ac fortunis maximis dejectus, ad carceres Rhodi perpetuos damnatur, & locum Solymano Bassæ, novo Vezerio relinquit, laqueo posthac aut mœrore animi confectus.

Interim Comes Tekelius libertati restitutus, Turcicis mulcetur promissionibus, & manu factionosorum Turcorumque collectitia Transylvanos Hungarosque terret, literisque publicis ad homagium & patriam tuendam invitatur, quasi superioris Hungariæ princeps: Copiæ autem Cæsareanæ adventanti sese obijciunt, viaque interclusa propugnaculum S. Jobi validissimum ad deditionem subigunt.

Tatari Turcique Caminieco de comiteatu prospiciunt: Hinc fines quidem Sokuzzæ Vothinicos & Russicos decursionibus infestant, à Cofacco tamen atque Polono milite coercentur.

Bannus Croatiae, Comes Erdödius,



dius, junctis Carlstadii præfidiariis, terras hosticas decursione subita la-cescit, & urbem amplam Castanizam obruit, idireptamque incendio vastat: Carlstadienses autem oppidum Croatiae Jaslovam facto impetu expugnant, Ahmedemque Agam cum suis interficiunt: Inde Claviziam utramque arcem diripiunt, & Braviziam oppidum incendio delent, Turcis in fugam actis, signisque quatuor bellicis ereptis.

Rex Poloniae Johannes III. & Czares Moscovitici ad conditiones pacis perpetuae certas, nec tam ad exitum seu executionem accedere potuerunt, voluerunt.

Copiae Caesareanae ductu Mercii & Heusleri turmas non procul à Segethino Turcicas aggrediuntur, magnaue afficiunt strage, cum una Tekelius atque Petrozius evasis-  
sent.

Belgradum ictu fulmineo correptum in cineres magnam partem, exceptis suburbibus, redigitur: Constantinopolis fame ac saevissima divexatur tempestate: Venetiis aedes trecentae incendio perierunt.

Exercitus Caesareanus, Bavaricus, & Germanicorum auxiliorum socius



A. C.

A. H.

castra Strigonio vicina init, movetque paullo post tripartito agmine processurus, quo bellum evocet: Cæsareanus cis Danubium, Bavarius trans illum ponte imposito confessurus. Budam vero Hungariæ caput VIII. Jun. copiis circumseptum undique cinxit, & aggeribus, fossis, cuniculis, machinisque bellicis vehementius, quam ante factum legimus, oppugnavit.

Turci Pœsthum vacuum obsessoribus relinquunt: Hi autem suburbia Danubio vicina (Wasserstadt) præcipuum capiunt, navesque novendecim Turcis fugituris, pecuniis, opibusque plenas intercipiunt, & præda maxima augentur. Interim copiæ Brandenburgenses & Sueciæ instrumento quoquo bellico paratæ post vias difficillimas ad urbem coasident.

Mich. Abaffius, Transylvaniæ Princeps, cum Cæsareanis de comætu & certa pecuniæ summa convenit: Ast de armorum societate, ac urbibus duabus Germanorum præsidio firmandis ut conveniret, per Comitem Scherffenbergium induci non potuit.

Rex Poloniæ præsens duos exerci-

ci-



citus in Podoliam, porro in Moldaviam eduxit, duoque castella Barense ac Medziborense à Turcis vacua facta suo præsidio munivit.

Veneti non minus classem provinciam, & sociorum navibus locupletiores Moreæ objiciunt, portuque potiti Novarinum vetus seditione capiunt, & novum vehementius oppugnant. Huic subventurus Turcicus Seraskier cladem incurrit maximam, castris, tentoriis, & omni apparatu bellico exutus.

Interim Turci Vezierio imperante copias suas in agro Belgrade, Esseckensi & Temeswariensi cogunt, castraque trifariam locant: Budenses autem obsessi excursionibus, tormentis bellicis, suffosso pulvere pyrio, ac mœnium restitutione rem suam obstinato peragunt. Obsesores tamen prostratis ex parte mœnibus irruptionem fortiter tentant; sed multis occumbentibus, pluribusque faucibus in castra sese recipiunt, cum duo cepissent urbis propugnacula: Utrinque cuniculis & submisso pulvere pyrio certatur.

Modona, urbs Moreæ munitissima, per dies quindecim oppugnata, Venetis horumque imperatori Morosi-



A.C.

A.H.

rosino deditioem fecit citius, adhuc praesidio & apparatu tormentario aequae uti frumentario instructa. Clivianum item urbs Dalmatiae, admotis ignibus Venetorum & Morlaccensium depraedationi patuit, cum Turci 400. occubuisent, & fugati reliqui arcem subiissent.

Turcicus Seraskier jussu Vezierii subsidio venit Budensibus obsessis, terq; in obsessores sibi obviam egresfos irruit, perrupturus: At inferior repulsusque cladem accipit cruentam, terga turpissime versurus, si-  
 & tormentis quinque minoribus amissis: Iterum tentata irruptione Janizaros quidem trecentos infert, Bavarici tamen Saxonique arcem occupant: Tertium facta impressione, quae in caedem duorum millium desinebat, cum Vezerius pugnam detrectaret, Comesque Scherffenbergius novas ad 9000. copias adduxisset e Transylvania, obsessores junctis viribus instant, & tripartito agmine, impetuque per horas octodecim facto urbem capiunt, Turcis ad interneccionem concisis omnibus, paucisque servatis: Id quod XXIII. Aug. contigit, Turcico Vezerio exercituque spectantibus

bus



bus postquam CXLV. annos Turci *A.C.* *A.H.*  
 Budam tēnuerant, obsidione Chri-  
 stianorum octies frustrata. Buda  
 autem veluti urbis cadaver incendio  
 exusta parum prædæ, multum com-  
 meatus & rei tormentariæ, quatuor  
 captorum millia, thesaurum ex locis  
 subterraneis effossum, Corvinianam  
 itidem Bibliothecam victoribus re-  
 liquit, nec non cruentam victoriam,  
 qua ultimo ceciderunt 400, faucique  
 200. vix evaserunt.

Argenteum idque majus numi-  
 sma, elegantissimum hujus expugna-  
 tionis monumentum in Wolff-  
 büttelano Cimeliarcho heic exat:  
 Quod antica facie Budam demon-  
 strat globis igneis per aërem voli-  
 tantibus succensam, & inscriptio-  
 nem huic impositam: *Hos Fornax*  
*ardet in usus*: Postica Leopoldum  
 Cæsarem Aug. cujus capiti alata vi-  
 ctoria coronam indit, pedibusque  
 Rex Hung. Sigismundus advolvi-  
 tur, scepro suavius porrecto lætior,  
 ac subtus epigraphe una: *Leopoldo*  
*ultore resurges*; alteraque superiori  
 hunc in sensum: *Restitutori Hunga-*  
*ria ob Budam receptam A. M DC*  
*LXXXVI.*

Rex Poloniæ Moldaviam, Jasi-  
 um.



A.C.

A.H.

umque urbem hujus primariam, nec non Walachiam suæ ditioni addidit, elapsa utroque Despota, & ad castra Turcica digresso: Deinde invasit illa strenue, hostesque Tataris 500. trucidatis, quos obruerat, inopinato, uti sua promoveant, coegit.

Vezerius Albæ Regali proximus numerosum imponit præsidium, & hinc pontem Esleckensem trajicit: Cæsareanus ergo exercitus hostem sectatur, qui tamen a discessu revocari non potuit: Postea tripartito agmine pars una Segethinum, altera Esleckum, tertia Budam petit. Turci vero Colozam & Hatwanum exustum deserunt, æquantque solo propugnacula.

Veneti urbem Moreæ firmissimam Neapolin (Neapoli di Romania) ad deditonem redigunt, profligato, qui auxilia paraverat, Seraskiero, portu ejusdem castelloque munitissimo prius capto: Idem duce Cornaro castellum Dalmatiæ Singam capiunt, & regionis per triginta milliaria cum eo potuntur.

Rex Polonicus Tataros sua castra obruturos antevertit, & quinque horum milia trucidat, omni colluvie profligata, cum non procul  
ab



ab Moldaviæ finibus abesset, in Podoliam reversurus, domique triumphaturus.

A. C. A. H.

Comes Caprara Segethinum urbem obsidio cinctam vehementius oppugnat; Turcos autem Tatarosque auxilia subministraturos exiit castris, & terna ipsum Vezierium clade contundit, donec urbs tota in deditioem veniret, militesq; hostium spoliis pulcerrimis auferentur.

Ludovicus, Marchio Badensis, Scherffenbergianis copiis paratior, castellum Turcicum Symonthorn in deditioem subito redegit; Postea Quinqueecclesiense præsidio, com meatu & tormentis bellicis bene instructum, Siklosum, Dardamque, oppida propugnaculis firma: Denique pontem Esseckensem, totius Europæ maximum, qui sex pedum milia longitudine, ac viginti quatuor pedes latitudine sua æquaverat, flammis consumpsit, quousque id fieri poterat: Ultimo Caposvvariam neque diu impugnatam deditioe haud difficili cepit, in hyberna rediturus.

Vienna Turcicis scatet mancipiis, tanquam Sardis venalibus: Interea

Tur-



A.C.

A.H. Turci Pacem iterum tentant, exposcuntque: Respubl. vero Ragusina, ut in nexu Turcico liberetur, ad veterem Regis Hungarici & augusti Cæsaris clientelam, itemque ad tributum annum huic solvendum sese vult recipere.

Venetia de Morea seu Peloponneso domita triumphum agitant, duosque hinc Bassas magno captivorum agmine stipatos secum detinent. Constantinopoli autem terrore maximus, annonæ caritas, fames, & funesta pestilentia invasit, ut viginti quotidie homines interirent.

Poloni tandem ac Moscovitæ diu tracto pacis negotio invenerunt exitum, seque ad fœdus mutuum sacramento & certis conditionibus adstrinxerunt; ad bellum maxime Turcis Tatarisque Crimæensibus conflandum, ad quos Cosacci Zaporovvientes ab Russis impie defecerant.

## CAP. XII.

1687

1098

Imperium Turcicum domesticis jaetatur seditionibus in Europa non minus, quam in Asia & Africa, tum  
ob



ob rem bellicam male gestam, cum A. C. | A. H.  
 ob viscera Constantinopolitani æra-  
 rii exhausta, & copias militum valde  
 imminutas. Novæ autem artes nu-  
 morum & hominum cogendorum nec  
 ita bene succedunt.

Victrix Germania denuo ad ar-  
 ma conclamat, Moscosque concitat;  
 Horum quippe legati Viennæ ad-  
 sunt, magnasque de immenso tripli-  
 ci exercitu promissiones faciunt.

Persia tamen sub Rege minorenni  
 otium amat.

Turci capto ad pontem Essecken-  
 sem munimento Mohazo præ-  
 rios CXXX. eosque Hungaros ob-  
 truncant.

Inde ad perfidiosam Budæ recu-  
 perationem animos advertunt: Sed  
 frustra sunt, collisione omni detecta,  
 & Finckio hujus auctore ad suppli-  
 cium tracto, quin partes in quatuor  
 dissecto:

Ragusina Respubl. sese Cæsari,  
 tanquam Regi Hungarico, submitit  
 fidemque juratam de veteri 4000.  
 ducatorum tributo dedit: Veneta  
 vero Neapolin Romanix novis mu-  
 nitionibus firmat, & bellicum ad pa-  
 ratum terra marique instruit, quan-  
 quam novus Moreæ Seraskier impo-  
 neretur.

Z

Tur,



**A.C.** **A.H.** Turci Bassa Bosnienfium duce Singam, Dalmatiæ propugnaculum cunctis viribus oppugnant, ab Venetis vero & Morlaccis post mensuram obsidionem coguntur cedere.

Tatari Crimæi Poloniam novis depopulationibus infestant, sibi que præsidium Caminieckense adfociant, a Turcis vero in Hungariam ire iussi, auxilia sibi poscunt Turcica nec parent. Hinc furens Constantino- poli multitudo Sultanum hujusque pontificem seu Mufftium ab Republ. summo veri cupit, pacis componendæ  
 idissima.

Dux Lotharingiæ item Elector Bavarix suppleto exercitu signa ferri jubent, ducesque alios Comitem de Souches, Dunewaldium, Häuslerum, Caruffam, Veteranum suis æque paratos copiis cavere, ne hostis subito insultet aut irruat. Turci ergo factis excursionibus graves retunduntur mascule, Lippa etiam oppugnata, vix elapso Tekelio, nec Agriæ ad extremam inopiam redactæ, quamvis iterum conabantur, de com meatu prospicere possunt.

Magnus interim Vezierius, Sulei- man Azem delectum militum factò, proxima Belgrado castra, propiora  
 Es-



Essecko deniq; metatus, ab Esseckensi ponte nostros & incendium huic illatum propulsare nequii, nec castellum S. Jobi ab suis oppugnatum capere.

Moscovitæ duo ad Borysthenem munimenta Turcica per vim occupant, ut sibi ad Crimæos Tataros, Cossaccisque ad pontum Euxinum via pateat. Nagahenses autem Tatari Astracanenses Mosco subditos, Crimæi Lithuaniam, qua parte Moscovitico Czari subest, opprimunt, multis millibus aut cæsis aut misere abductis.

Dux Lotharingiæ Dravo trajecto per angustias paludosas penetrat, castraque tentat Turcica: Quæ vallo cincta cum hostes moverent minime, nec in aciem prodirent, Casariani confecta retro via proxime ad Mohazum confident post aliquot velitationes, suaque castra muniunt.

Pestis in Moream & militem grassata quum sese remisit, Respubl. Veneta pacem a Turcis propositam recusat, & Königsmarckium sibi ducem optimum à Carolo, Rege Sveciæ per litteras exposcit, diutius bello præfuturum.

Polonia obsidendo Caminiecko



A. C.

A. H.

unice intenta commeatum, qui subvehebatur, & auxilia Tatarica intercludere non potest: Moscovia autem victoriæ studiosa biduum jejuniis & pœnitentia solenne.

Vezerius Turcicus IX. Aug. castra commoveri, & Casarianis, quos fugam spectare credidit, insistere mandat.

Hinc ab velitationibus ad justum XII. Aug. prælium itur, clade ac fuga Turcis toties irruentibus cruentum. Namque viginti horum millia cecidisse, castra, tormenta bellica, ædificamenta omnia & impedimenta cum graminato in prædam cessisse victoribus dicuntur. *Hanc ergo victoriam fatalem campo dixerim & loco, nempe Mobazo, in quo Ludovicus, olim Rex Hungaria, cum multis suorum millibus occubuit, nunc e nostro exercitu sexcenti amplius desiderantur.*

Vt primum fama hujus prælii gloriosa percrebuit, Buda, Vienna, Austria & tota Germania triumpho, festis iisque eucharisticis diebus, item tormentis majoribus heic etiam Wolffenbütteli displosis personare cœpit,

Veneti duce Morosino atque Königs-

nigs-



nigsinarckio sinum Lepantinum  
 XXI. Jul. perumpunt, Patras ag-  
 gressuri: Quibus dum Seraskier  
 Turcicus auxilia parat, hunc una  
 cum exercitu 2000. militum concisis  
 XXIII. ejusd. in fugam vertunt, Pa-  
 tras duoque castella munitissima  
 (Dardanellas vocant) Moliecrum  
 atque Rumeliam, porro Lepantum  
 sive Naupactum diffugientibus Tur-  
 cis occupant com metu omni, re  
 tormentaria, spoliis amplis, & multo  
 captivorum numero aucti. Respubl.  
 ergo Veneta totum diem Aug. <sup>v</sup>  
 precibus Deo fufis, triumpho <sup>v</sup>  
 pais solennem agit, ducibusque  
 Morosino, Königsmarckio, & Duci  
 Brunsvigo - Luneburgico Hannov.  
 Maximiliano ob rem fortiter gestam  
 sua exsolvit præmia.

Bannus Crotiæ, Comes Erdödus,  
 Costanizam collectio milite op-  
 pressam, qua parte adhuc stabat, in-  
 tegram exussit, ducique Dunevval-  
 dio cum suis copiis adventanti viam  
 stravit. Tekely Comes Mongaz-  
 schio desperato subvehi annonam  
 curat: Sed quoniam missi funduntur  
 equites, hoc suo ipso proposito re-  
 gnoque simul Hungarico, cujus ei  
 spem Sultanus injecerat, miser excidit.

Z 3

Nam

A. C. A. H.



A.C.

A.H.

Nam Comititia jussu Cæsaris Hungarica Posonii aguntur, regnum Hungaricum ex electio, quale fuit, in successivum Ordinibus suffragantibus mutatur, successio perpetua domo Austriacæ addicitur, & posthabita, electione ad regnum provehitur Josephus, Archidux Austriae, facta per Stridonensem Archiepiscopum unctioe coronaque regia imposito, ipso Cæsare patre Aug. ac matre, item Regum & Rerumpubl. legatis præsentibus.

Ita totus dies Octobr. ultimus tam spectaculo, epulis, numisque regis plebi objectis, & vino promanante conspicuus transigebatur. Numos minores pariter atque majores, aureos non minus quam argenteos, horumque symbola tum latina tum Germanica, qui nosse volet, adeat librum Germanicum de coronatione ista Norimb. A. 1688. editum. Unus Josephum regem exhibet corona ex nubibus prorecta præditum, eamque parens laureatus vertici hujus adjungit, cum inscriptione Gen. 48. *Do Josepho partem, quam tuli de manu hostis in gladio.*

Poloni à Caminiecko non procul confident, ab excursionibus cohibi-  
turi



turi Turcos: Qui tamen eruptione præter opinionem facta sexcenti amplius trucidantur, ducenti capiuntur, novoque agmine quatuor millium extus coacto, quod e Tataris conflarant, iterum dissipantur. Moscovitæ insuper aut fugam Tatarorum aut stragem aliquoties fecisse dicuntur.

Veneti duce Cornaro, urbem Ducatus in Dalmatia Sabani Castellum novum (castell-nuovo) castris sepiunt, septamque fortiter domant: At duce Morosino victoriam persecuturi, Turcos Morea exterminant, Corinthum ab hoste in cineres reductam, Acrocorinthum, castrum huic proximum, Tornesum castellum Arcadico sinui vicinum, Solonamque urbem amplissimam, veteribus Amphissam, suæ ditionis faciunt, adparatu tormentario, & magno captivorum numero potiti. *Vbi memorabile fuit, multos Mubamedanos, & præsidarios Tornese centum quinquaginta Christianæ initiatos Ecclesie.*

Mainotæ, gens Græca inferioris Moreæ Bolano duce Misitram, quæ olim Sparta fuerat, hujusque castellum Veneto subjungunt imperio. Morosinus interim ad Negropon-



A. C.

A. H.

tum insulam, Eubœam veteribus dictam, urbemque hujus primariam naves militemque convertit.

Abaffy, Transylvania Princeps sibi suisque privilegia & jura salva pactus, præsidium nonnullis urbibus Germanicum admittit, Cæsariano autem atque Bavarico exercitui certas pecuniæ summas & majorem commeatus copiam submittit, dum Agria, & Mongazschium arctiori obsidio premuntur, Zigethanum autem suburbium a Cæsarianis captum igne nocturno consumitur.

Caminiëkum annona Turcica suppeditata gaudet, ac uberiores ab Muradino, Tatarico Sultano, sibi promittit: Cosacci tamen Poloniae addicti hanc intercludere conantur, Samuelevvizo, agminis inter suos rebellis duce, nuper admodum capto, sed iterum dimisso.

Agria, urbs superioris Hungariæ munitissima, commeatu omni atque subsidio exclusa, ubi adventum Lotharingiæ Ducis intellexerat, dedicationem VII. Dec. ultro subiit, hisce legibus definitam [1] ut res omni dolo careat, [2] præsidium armis & signis instructum migret [3] sua trecentis vehiculis imposita exportet [4]

[4]



(4) comitatu equitum Germanicorum centum addito ad Temesvvari-  
am usque (5) relictis militibus, qui  
ex morbo aut vulnere decumbant,  
ad salutem recuperandam & dimis-  
sionem (6) omnes captivi Christiani  
ad libertatem (7) machinæ tormen-  
tariæ bellicæque instrumenta ad ma-  
nus victoris perveniant. Turci ergo  
X. Decemb. hac sede sua pristina ex-  
cedunt, machinis fulminalibus CXIIX,  
pulveris pyrii DCCC. pondo cente-  
nariis, manuariis globis ad sex mil-  
lia relictis.

Veneri Morosino duce ac Kör-  
marckio Athenas suæ ditioni etiam  
subjungunt, & urbem cum tota regio-  
ne hybernis destinant, aptantque.  
Hinc Seraskier Turcicus Larissam sese  
cum agmine recepit, duoque millia  
Turcorum Thebis imposuit ad cre-  
bras excursiones, & Molestiam Vene-  
tis militibus creandam.

Interim seditio militum plebisque  
aliquandiu repressa Constantinopoli  
recrudescit, & in capita Sultani, Vezie-  
rii, Bassarumque omnium, quotquot  
rem gesserant male, definit.

Quare imperium Turcicum Mo-  
hammedi IV. in templo Sophiæ, ubi  
Proceres militesque confluerant,

Z 5 abro-

A. C. A. H.



A. C.

A. H.

abrogatur publice, ac Solimanno, hujus fratri tum XLV. annos nato committitur, e carcere, quo per octo lustra detinebatur, ad coronam imperatoriam provento. Mox novi ex Impp. Turcicis XXI. Soltani jussu frater eisdem mancipatur carceri; Magnates autem aliquot extremo supplicio, bonaque illorum omnia fisco aut militi addicuntur. *Hæc nova hujus turbulente tragædiæ militari compresso impetu fuit catastrophe, tribus tamen ortis factionibus, quarum una novo, altera Sultano veteri, tertia hujus majori natu*  
*re adhaesit.*

### CAP. XIII.

Comitia Posonii Hungarica finem capiunt optatum, ludis ibidem equestribus actis. Mongazschium vero diuturno clausum obsidio subit deditioem, una cum armamentario satis instructo, Siclosio, ceterisque Ragozianis arcibus, nec non ipsa Comitissæ Tekelii uxore, ac hujus liberis Viennam migrantibus. Comes Tekely adhuc vagus salutis suæ prospicit: Uxor cum filia cœnobio monialium nomen dedit.

Respubl. Veneta in bellicam expeditionem sibi tria Helvetiorum milia;

lia;



lia; item copias Brunsvigo-Luneburgicas Wolffebüttelenses, Hasso-Cassellanas & Würtembergicas pacto legitimo comparat, cavetque, ne pestis Moream longius pervadat.

Comes Tekely armis & deprædationibus Comitatum Zatmariensem irruit, novoque mandato Hungaros sibi conciliare satagit: Ast cladem accepit meritam Heuslero duce DCC suorum cæsis, ægre cum paucis Temesvvariam elapsus. Ubi novis pollicitationibus & quinquaginta millibus imperialium ab Sultano Turcicis recreatur.

Comites Caraffa & Caprara, militiae duces, Walachiam, Sclavoniam & Croatiam excursionibus infestant.

Alba regalis ad deditorem invitata nequit adduci, quamvis omni victus & annonæ inopia premebatur: Nam laqueo, quo Agriensis perierat, Bassa sibi fauces elidi noluit. Ergo arctiori eminens obsidione urbs clauditur, ne commeatum recipiat: Sed neque obsessores ea cesit. Turci vero Boslegam, Sclavoniæ oppidum, aggressi profligantur, sexcentis Janizarorum cadentibus vel captis.

Constantinopolis tota novo militum ardet tumultu, novo Vezierio mul-



A. C.

A. H.

multisque Proceribus capitali: Nec restinguitur ille, nisi vexillo Mohammedis prophetico affixo publice & agmine factioso per triduum trucidato.

Respubl. Veneta Duce suo Marco Anton. Justiniano vivis erepto novum creat Francisc. Morosinum, hucusque imperio clasfis maritimo perfunctum. Eadem duas Albaniam montanæ gentes sibi conciliat, armatasque in dimicationem duce Cornaro Turcis aufugientibus objecit. Unde vexilla sedecim, tentoria, multaque spolia & impedimenta Venetos Albanosque

Tatari Crimæi cum Muradino auspice annonam Caminiecko inopi supportarunt, facta per fluvios gelu obductos subita incursione, Volhyniam, Podelasiam, Rusiæque partem depopulantur, & decem millia hominum captiva trahunt. Idem metu irruptionis Moscoviticæ acti, Hungaricam expeditionem tanto auxilio, quantum Turci flagitarunt, haud confirmant.

Alba regalis undique conclusa & cedere coacta in deditioem his venit legibus (1) ut omnes Christiani capti libertatem recipiant, facti etiam Mohammedani, si ad Christum redire

re



re velint (2) tota urbs omni cum  
munitione armorumque copia tra-  
datur (3) præsidium saluum arma-  
tumque Cæsareanis comitantibus  
migret (4) trecentis vehiculis toti-  
demque navigiis Belgradum usque  
Tandem XIX. Maji urbs munitissi-  
ma vacue facta Christianis patuit.

Princeps Transylvaniæ suis oppi-  
dis Cæsareana imponi præsidia cu-  
rat, & de suo milite contra Turcos  
ituro tributoque annuo fidem facit:  
Idem ab Ordinibus promissum præ-  
stitumque fuit. Soli Fronstadiensis  
refractarii ad obsequium redigetur.  
Tekely obsidionem, qua Co-  
natum premere audebat, relinquere  
cogitur Cæsareanis adventanti-  
bus.

Constantinopoli fœda militum  
conjuratio erumpit, & novo Vezie-  
rio Mostaphæ Bassæ rem tractandam  
bellicam committit. Jenghien Bas-  
sa vero conjuratorum princeps plu-  
res conquirat copias, sibi suisque  
partibus addictas, easque tandem  
Seraskiero Turcico adsociat placata-  
tas, mox rursus abstrahit ab illo.

Lippa, urbs Hungariæ inferioris,  
sedesque Turcica duce Caraffa ve-  
he-

A. C. A. H.



A. C.

A. H.

hementius oppugnata, & projectis ignibus succensa capitur. Vbi duo Turcarum millia cum subsidiis, quæ subveniebant, Temeswariensibus custodiam pertulerunt, totidem ceciderunt, castello post biduum expugnato.

Exercitus Cæsareanus ad quadraginta peditum, & viginti equitum millia conquiritus Turcos de pace acturos, qui Belgrado aderant, non audit, sed quingentos e Tekelianis cohortibus, quæ defecerant admittit facile, dividendos.

Turci bognito Cæsareanorum adventu Illokum ipsi deserunt, & fugaces ignibus pervertunt.

Vienna Elector Bavariæ discedit, rei bellicæ præfuturus, quem Dux Mantuanus insequitur, comes expeditionis voluntarius. Tum vero Cæsaris Augusti patrocinium sibi Hospodar seu Princeps Walachius exposcit, seque ad tributum annuum missis Episcopo Nicopolitano & duobus ministris aulicis obstringit.

Tatari Turcique Caminiecko rem frumentariam subvecturi, partem hujus aut fusi aut capti copiis Polonicis relinquunt: Illæ post suburbium

um



um Caminieckense, agrumque mesfi  
proximum & maturum incendio de-  
leverunt, Turcis qui eruperant, re-  
pulsis. Suburbium similiter Canifi-  
ense ac frumentum in agro vicino na-  
tum Budiani Comes omne cremavit.

Candia tumultu militum inflam-  
mata non quiescit, nisi gubernatore  
aliisque præfectis bellicis necatis,  
eorumque fortunis in stipendia di-  
stributis: Ægyptus item domestico  
motu agitur: Asia tota militiam  
subterfugit.

Electo Bavariæ transportato Sa-  
vum exercitu hostes trajectum mi-  
ti præclusuros fundit, castra tentat  
Turcica, & suburbium Belgradense  
ab Janizaris incensum occupat.

Urbem deinde circumdatam tor-  
mentis verberat majoribus, subru-  
taque irrumpens mœnia facto ex-  
pugnat impetu XXVI. Aug. & ca-  
stellum simul adjacens. Hæc fausta  
expugnatio Viros usu bellico præ-  
stantes quinque, sexcentos item mi-  
lites, & tria Turcorum millia trucidata  
sustulit, sed spoliis ingentibus  
nostros cumulavit.

Obsidioni Belgradensi præveniens  
Turcicus caduceator sive Chiausius  
litteras ab Aleppense Bassa scriptas  
Ele-



A. C.

A. H.

Electori tradidit, atque legatis Turcicis, quos in via esse dixerat, de pace tractaturis liberum expetiit commeatum: Hinc ille obtinuit, literis ab Electore una redditis.

Pridie quam irruptio tentabatur, Ludovicus, Marchio Badensis, manu equitum selecta copias Turcicas, quæ obsessis auxilium parabant, repulit, sex millibus militum occumbentibus captisve. Illo ex conflictu ampla spolia & viginti hostium signa Viennam a Comite Schlickio sunt reportata.

Poloni contra rem suam male gesserunt, turmis equitum viginti quatuor, quæ in Moldaviam penetrarunt, propemodum extinctis, cum revertentes in Turcos & Tataros Caminieckenses præter opinionem incidere, nec vigilantia uterentur.

Veneti duce Morosino Eubœam insulam domuerunt, Turcis strenue propulsatis, hujusque metropolin Negropontum obsidio pressam vehementius impugnarunt; Seraskierum vero Turcicum auxilia urbi laturum mascule retuderunt: lidem duce Cornaro Climum, castrum Dalmatiæ firmissimum, in deditioem & domitoris arbitrium redegerunt, Verliccam postea & Clinuanum oppida. Cæ.



Cæsareani munimenta Belgradensia, quæ vitium contraxerant, refecturi quingentos amplius Turcos eosque captos in laboris societatem trahunt, ac tria Danubio vicina castella Turcica sui juris faciunt, ut Bulgariam Serviamque crebris excursionibus laceffere queant. Pars denique militum ad hyberna, pars ad Germaniam cum Electore Bavaro sese confert, & ad arma gerenda ibi vocatur, ubi Rex Galliarum Ludovicus XIV. gravissimum contra fidem induciasque bellum in Palatinatu & regionibus proximis conflaverat. *Hinc scæra indictmentis bellicæ primo Gallicana, deinde Cæsareana eaque apologetica passim circumferuntur.*

Constantinopoli Beyramenses inter festosque dies tumultu & cædibus miscentur omnia, urgeturque Soltanus auctore Vezerio, ne prodeat in publicum, sed palatio detineatur, neve in manus incidat violentas. Ipse Vezerius caterva militum stipatus & equo vectus, plateas singulas perlustrat, principesque conjurationis e medio tolli h. e. aut jugulari aut relegari aut in vincula conjici jubet.

Legatus Turcicus, Sulficat Effendi,

Aa

di,



A. C. A. H.

di, non admittitur Viennæ, sed Pot-  
tendorffi agitur cum ipso, ut Comiti  
Caraffæ suas tradat litteras: Quas  
quia negat, exemplum exhibet, idque  
fœderatis omnibus communican-  
dum, ut constet, an illi de pacificatio-  
ne aliqua suffragentur. Rex ergo Po-  
loniæ ac Respubl. Veneta suum præ-  
buit assensum, modo utrique satisfiat.

Veneti obsidionem durissimam  
Morosino auspice, ac Negropontum  
simul toties oppugnatam, tot fulmi-  
narium machinarum ictibus quassa-  
tam, veluti urbis cadaver, ultro re-  
linquere statuerunt, cum multa Tur-  
corum, decemque militum suorum  
millia cecidissent, nec pauci Duces  
fortissimi, ac eos inter Comes Otto  
Königsmarckius facile primus deside-  
derarentur. Huic Respubl. monu-  
mentum in palatio marmoreum, am-  
plumque de rebus fortiter gestis epi-  
taphium, æternæ memoriæ pignus,  
dedicavit.

Hospodare Walachico defuncto  
hujus Cancellarius, Branco Waeca ad  
principatum a Soltano Turcico ex-  
tollitur, Princeps Christianarum par-  
tium studiosus, qui legatos excurrere  
Viennam iussit, de repræsentandis ex  
Walachia pecuniis pacturos.



Tatari Moradino (Morade) duce rem frumentariam Caminiecko intulerunt, equitatu Polonico, qui eos prohibere cupiit, in fugam verso, ac postea regiones proximas suis decursionibus divexarunt. Nec ita multo post Lipkenses Tatari & Janizari Caminieckenses oppidum Ukraynæ Budziack mane oppressum primo diripiunt, & mactatis non solum civibus, sed peditibus quoque, quotquot hyberna ibi sumserant, incendio delent.

Cæsareani milites sociatis Rasciis non procul ab Wisniza, Bosnia modo, duo Turcorum millia fuderunt, & pulcris instructi manubiis Christianos ibi plurimos suis adjunxerunt partibus. Comes autem Tekely nostros prope Semendriam collocatos suis quandoque decursionibus infestat. Transylvania tamen ac Walachia nihil mali a Tataris impender, quod eos Cosacci Moscovitici crebra irruptione lacefferent.

Dies tandem Turcico legato dicitur quo Viennam Pottendorffio digressus, ipse coram munus obeat suum, exponatque mandata, quæ ad æquiores pacis conditiones pertineant, & fœderatis omnibus probentur.

*Deus*



*Deus ter optumus universe Germa-  
niae tranquilla tempora restituat, & do-  
nec bellum eo, quo cœpit, cursu longius  
procedat, arma justissima novis porro  
laureis exornet! Sic Imp. augustus a-  
nagrammaticam sui nominis men-  
suram fortiter implebit, patriamque  
ab insultu hostium doloso feliciter vin-  
dicabit. Fiat!*

## LEOPOLDVS CAESAR

*ἀναγρᾶμμα τῶν θεῶν*

*Pello duos sacra!*

*Uere Turcum pepuli, quum perfidus  
arma moveret,  
Sic pellam Gallum, cui neque fan-  
cta fides.*

*Fortiter insistens, & nixus Numine  
summo*

*pello duos hostes: Sic LEOPOL-  
DVS ero!*

*Sacra Teutoniæ toti facer hinc ero  
CAESAR,*

*hinc augustus ero post patriæque  
pater!*

F I N I S.











Hist. Turc. 857



